angeb.)

APPENDIX GENEALOGICA

illuſtrando operi chronologico adjecta,

ad eundem nobiliſsimum & ampliſsimum virum

D. ABELEM COENDERVM AB HELPEN,

AVTORE EODEM

VBBONE EMMIO.

οὐ μόνον ἡ ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν, ἀλλὰ
καὶ τὴν ἀρχὴν ὁ ἀνήρ.

Epaminond.

GRONINGAE
Excudebat IOANNES SASSIVS,
Typographus Ordinarius,

Sumptibus ELSEVIRIORVM,
MDCXX.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nobilitate pariter & dignitate præſtantiſſimo atq; ampliſſimo viro,

D. ABELI COENDERO AB HELPEN,

Domino in EVSVM, toparchæ In *Middelſtum*, *Faen*, *Cantes*, &c. in rep. Groninganâ *Conſulari*, nunc verò in Camerâ provinciæ hujus judiciariâ

HOVETMANNO,

Mœcenati ſuo plurimùm colendo.

VBBO EMMIVS GRETHANVS.

ERAT quidem tum, cum de chronologiâ Romanâ quoq; edendâ mecum ſtatuiſſem, nobiliſs. & ampliſſime vir, conſilii mei, genealogicam etiam appendicem hanc illuſtrando toti operi chronologico ſubjicere: ſed tædio operæ, quam corrigendis frequentiſſimis hallucinationib. typothetarum, dum excuditur chronologia, aut me, aut meos præſtare nimium diu oportebat, præſertim ingraveſcente corporis mei adverſâ valetudine, conſilium illud mutavi, putaviq; alii occaſioni hanc rem eſſe reſervandam. Pòſt verò, aliud ſuadentib. amicis, & petente typographo, majoremq; diligentiam pollicente, fretus potiſſimùm ſubſidiariâ filiorum meorum operâ faciendi periculi cauſâ ſivi laboris hujus in officinâ quoq; fieri initium. Et quanquam haud diu pòſt cæpti me pæniteret, & nihilominus progreſſus aliquis fieret teſtudineus, atq; interim novæ difficultates aut offenſiones ab officinâ aliquoties exiſterent, quæ ad abrumpendam moleſtiſſimam curam me impellerent, tamen intervenientib. rurſum amicis, & ad abſolvendum cæptum me cohortantib. vix tandem ad hanc, quam vides, metam cæptum pervenit. Continet verò appendix iſta genealogias ſuccinctas præcipuorum in genere humano recto-

rum, quorum tum in canone chronico univerſo, tum in chro-
nologiâ rerum Romanarum ſit mentio. Quib. inſpectis, &
ad ea, quæ tum iſtic, tum etiam libro commentariorum noſ-
trorum quinto multis in locis notata ſunt, obiter relatis, om-
nia, quæ in toto opere chronologico ſunt, ſiunt dilucidiora, &
conſideratu gratiora. In tabulis autem his genealogicis
concinnandis (quod ante complures annos multò maximâ ex
parte eſt factum) hoc præcipuum ſtudium habui, ut quàm
compendioſiſſimè, & quàm aptiſſimo ordine, qui ad dilucidi-
tatem quàm maximè faceret, familias illuſtres ponerem ob
oculos, & vitia, quæ autorib. aliis in hoc ſtudii genere ver-
ſatis magno numero obrepſiſſe animadverteram, tollerem, &
ſupervacanea quoq; non pauca reſecarem. Habemus enim
γενεαλογιογράφους, *qui immenſa volumina hujus generis, velut far-*
ragines vaſtas confecerunt, magiſq; in eo elaborarunt, ut quàm
plurima undiquaq; collecta & conſarcinata congererent, quàm
ut congeſta concinnè digererent; multò minus, ut ab errorib. ea
liberarent, & delectu meliorum ac illuſtriorum facto diagram-
matis planis ac perſpicuis repræſentarent. Itaq; eorum lecto-
ri neceſſe eſt accidere ſæpe, ut velut in vaſto & confuſo ſpacio
nec ordinem comprehendere, nec nexum progreſſumq; videre
facile poſsit. Præterea ſumma ſequi in hac appendice volui,
reliqua miſſa facere, præſertim in iis, quæ Romani imperii
ruinâ ſunt poſteriora. Quapropter præter imperatorias fa-
milias, exceptis perpaucis, ad iſta tempora pertinentes nullas
heic exhibui, ne & prolixior fierem, appendicemque ultra
appendicis modum extenderem, & me tædio nimio ab officinâ
typographicâ frangerem. In ſolis modò familiis Romanis,
quæ ſtante populari libertate floruerunt, hæſi diutiuſculè:
quod præſtantiæ iſtius civitatis, & hiſtoriæ præ cæteris
profanarũ gentium illuſtri, cognituq; digniſſimæ dedi. Quod
etiam niſi nimium faſtidioſis diſpliciturum non eſſe confido.
Vale iterum vir nobiliſſime atq; ampliſſime, ac opellam
hanc tuo quoque nomini inſcriptam boni conſule, & tuo pa-
trocinio tuere. Groningæ Nonis April. Iuliani, anno
æræ Chriſtianæ M DC XX.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

AVTOR LECTORI.

CVM primum de edendis his genealogiis deliberarem, benignè lector, obverſata fuêre animo meo judicia hominum faſtidioſorum, meq; aliquandiu ab editionis conſilio abſterruêre. Verùm cum me ad alios referrem faſtidii hujuſmodi expertes, atq; eos numero longè plurimos eſſe reputarem, & amicorum quoq; benè ſperare me jubentium hortatu incitarer, jaciendam mihi aleam eſſe putâvi. Animus quidem in hac re mihi non fuit alius, quam qui eſſe debuit, ductus deſiderio juvandi honeſta ſtudia, & hiſtoriæ imprimis lumen aliquod affundendi: quod non ingratum fore ingeniis non moroſis, nec καταφρονητικοῖς exiſtimavi. Initium autem διαγραμμάτων genealogicorum feci à Noha, ex cujus filiis gentes & familiæ omnes toto orbe diffuſæ originem duxêre Eorum porrò διαγραμμάτων decem primis paginis repræſentata, ſunt gentis Iudaicæ: reliqua variarum gentium tum prophanarum tum Chriſtianarum. In iſtis verò primum locum tenent gubernatores Orientis & minoris Aſiæ. Quos deinde excipiunt Græci, ac à Græcis orti Macedones & Epirotæ: & poſt hos Afri. Afros ſequuntur Romani, & qui libertate oppreſſâ Romanorum præſederunt imperio, & Gotthi, qui reb. in Italia ſunt potiti. Tum ſubiuncti, qui extincto Occidentis imperio Byzantium cum vicinis provinciis in Europa & Aſia tenuerunt uſq; ad tempus, quo Turcæ Othomanni Byzantium occuparunt. Dehinc ipſi Turcæ Othomanni, & poſtremi reges Perſidis uſque ad nos. Denique exhibiti imperatores Occidentis, cui ἀξίωμα imperii reſtitutum à Carolo Magno, omnes ſanguinis Germanici: & his adiecti reges Hieroſolymitani ex Europæis orti, & reges Galliæ originis Saxonicæ ex Witikindo duce, Caroli Magni hoſte, deſcendentes, qui agmen univerſum claudunt. Longius progredi vetuerunt me cauſæ paulò ante indicatæ. Vale, lector, & favore tuo ſtudium meum, ſi mereri videar, proſequere. Groningæ III Nonarum Aprilis Iuliani.

ΑΜήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
Ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
Ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ

Virum poteſtas arguit.

Cum fex cum limus, cum bulla leviſſima ſimus,
Vnde ſuperbimus? in terram terra redimus.

Ἐπάμεροι: τί δὲ τίς, τί δ' οὔτις;
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Piad.

In CHRISTO ſumus, quod ſumus, qui credimus in eum. Is eſt ſtabilitas & ſalus noſtra. Mundi gloria, vanitas.

Filij, nepotes, pronepotes Nohæ, ex quib. inſtauratio & propagatio gentium poſt diluvium.

- MATHVSALEM
  - LAMECH
    - NOHA
      - IAPHET
        - GOMER
          - Aſca-nes fa-tor Ger mano-rum.
          - Riphat pater Pa-phlago-num.
          - Togor-ma, ex quo pu-tantur o-ri Arme-nii.
        - Magog, ex quo Scythæ deſcenderũt.
        - MADAI pater Me-dorum.
        - IAVAN pater Græ-corum.
          - Heliſa, ex quo Æoles & populi cognati.
          - Tharſis, ex quo Cilices.
          - CETHIM, ex quo Ma cedones, & populi cognati.
          - DODANIM, ex quo Do-res.
        - TVBAL, ex quo Hi-beri & Col-chi.
        - MOSOCH, ex quo Cap-padoces.
        - THY-RAS.
      - CHAM
        - CHVS pa-ter Æthiopũ & Arabum.
          - Saba.
          - Hevi-la.
          - NIMROD tenuit ter-ram Senna-ar.
          - Saba-tha.
        - MISRAIM, ex quo Ægyp-tij.
        - PHVTH pater gentiũ Libycarum.
        - CANAAN pater Palæſti-norum.
          - Sidon
          - HETH
          - IEBVS
          - Amor-ræus,
          - Gerga-zæus & alij plu-res.
      - SEM

A

A



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

α

Eleazar patri Aaroni in ſacerdotio ſucceſsit.

Phinees S. Sacerdos.

Abiſue

Bocci

OZI vel Vſsi.

Zarahiam vel Servia.

Meraioth

Amarias

Ahitob

ZADOC templũ Salomonis cõſecravit.

Achimaas

Azarias

Iohanan

Azarias ſacerdotio functus tempore VZIÆ regis Iuda. Hunc Eſdras cap. 7 vocat filium Meraioth, atq; ita tranſiliſſe videtur perſonas 5.

Amarias

Achitob

Zadoc

γ

Ithamar

o

o

o

ELI ſummus ſacerdos.

Phinees — Ophni

Achitob. — Ichabod

Achimelech coætaneus Saulis. — Achias

Abiathar 1 Sam. 23 & 30. Cui ZADOC collega datus à Davide 2 Sam. 15. 19. 17. Ipſe occiſus à Salomone 1 Reg. 1.

Jonathan fil. Abiathar 2 Sã. 15. 17.

Reliqua huius familiæ ſacerdotalis vide pag. VIII.

β

Aminadab

Nahaſſon princeps trib. in exitu ex Ægypto.

Salma — Rahab meretrix.

Elimelech Betlehemites, cujus uxor Noemi.

Booz ex Rahab Betlehemites. — Ruth Moabitis. — Chilion — Mahalon, cui uxor Orpha Moabitis.

Obed Betlehemites.

Iſai, qui & Ieſſe, Betlehemites.

Heliab natu maximus. — Aminadab ſecundo-genitus. — Samma tertio-genitus. — Alij tres — DAVID filiorum Iſai natu minimus.

DAVID
rex annos 40.

Ammon primo-genitus.

Abſolom patri rebellis à Ioabo interēptus.

Nathan, ex quo Lucas Evangeliſta majores Chriſti derivat.

Adonias regni affectator contra Salomonem patre adhuc vivente.

SALOMON rex annos 40: natus ex Bathſabâ uxore Vriç.

ROBOAM rex Iuda ānos 17. Cujus initio regnum ſciſsum.

ABIA rex Iuda annis 3.

ASSA rex Iuda annis 41.

IOSAPHAT pius rex Iuda annis 25.

AMRI rex Iſraël.

ACHAB rex Iſrael prorſus impius.

Ἰθώβαλος ex ſacerdote Aſtartes factus rex Tyri & Sidonis.

IEZABEL regina peſſima.

Azarias cum fratrib. 5 alijs à fratre Ioră mox à morte patris occiſus.

IORAM rex Iuda impius à cæde fratrum regnum auſpicatus.

ATHALIA nupta Ioramo, à morte Ochoziç filij regno potita annis 6, menſib. aliquot, omnem ſtirpem regiam conata occidere.

IORAM rex Iſrael cum fratrib. 70 occiſus à IEHV.

OCHOZIAS rex Iuda anno uno: occiſus.

Fratres Ochoziæ partim ab Arabibus, partim à Iehu rege Iſraël occiſi.

Ioſaba nupta Ioiadæ ſacerdoti Ioam fratris filiū occultatum ſervavit à tyrannide Athaliæ aviæ.

Ioiada ſacerdos promotor & fidelis conſiliarius Ioas regis.

Filij ab Athaliâ aviâ occiſi.

IOAS beneficio Ioiadæ ſacerdotis rex declaratus regnavit ānos 40, pietatis ſectator, quo ad vixit Ioiada ſacerdos.

Zacharias ſacerdos ob liberam reprehenſionem delictorum à furente populo non ſine voluntate ingrati regis in templo trucidatus.

AMASIAS rex Iuda annis 29, pietatis ſectator: captus à Ioă rege Iſraël, ſimulq; Hieruſalem ab eodem Ioă occupata; tandem à ſuis occiſus.

AZARIAS, qui & VZIAS, rex Iuda, pietatis ſtudioſus, regnavit annos 52: leprâ percuſſus ob temeratū jus ſacerdotij.

IOATHAN rex Iuda regnavit annos 16, divini cultus obſervans.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ACHAZ filius Ioathan rex Iuda impius regnavit annos 16. —— *Abiah filia Zacharię, uxor regis Achaz.*

EZEKIAS rex Iuda pientiſsimus, Davidis veſtigijs inſiſtens, regnavit annos 29. Apud hunc gratiâ floruit ESAIAS propheta.

MANASSES rex Iuda ob impietatem enormem captus ab Aſſyrijs, & in carcerem abductus, ſed pœnitens priorum ad regnum reverſus: cujus regno adſcribuntur anni 55.

AMMON rex Iuda patri quàm avo ſimilior: regnavit annos 2.

IOSIAS rex Iuda laudatiſsimus, puri cultus divini inſtaurator ſanctiſsimus, cæſus ab Ægyptijs in Mageddo, cum regnaſſet annos 31.

IOACHAZ rex Iuda poſt patrem à populo cõſtitutus, ſed ab Ægyptio rege delectus cũ regnaſſet menſes 3.

IOIAKIM, prius dictus Eliakim, rex Iuda deſignatus à rege Ægyptio cum onere tributi. Babylonio rebellis, cujus clientelam inierat, ab eodem captus & abductus fuit anno regni 11.

SEDEKIAS rex Iuda poſt Iechoniam, regúmq; ultimus, tributarius Babylonii, ab eo captus & occiſus anno regni 11. Tunc & HIERUSALEM capta & everſa.

Sellum filius Ioſiæ.

IECHONIAS, qui & Ioiachin, rex Iuda poſt patrem, à Babylonio abductus in captivitatem cũ familia & procerib. ac magna populi parte, cum regnaſſet menſes tantum tres.

Salathiel genitus in captivitate cũ fratrib. aliquot. 1 Paral. 3: quẽ tamen Lucas Evang. videtur dicere filium Neri ex poſteris Nathanis filij Davidis.

Phadaia, cujus filius Zorobabel, nepos Moſollam, ſecundum textũ 1 Paral. 3.

Zorobabel princeps populi permiſsu Cyri redeuntis ex captivitate in patriã, quem duo Euangeliſtæ cũ Eſdra & Aggæo propheta ponunt filium Salathielis; autor 1 Paral. 3 filium Phadaiæ, qui Salathielis fiatrer ibidem vocatur.

Moſolla 1 Paral. 3.

Hanania 1 Paral. 3.

Fratres alij.

Phaltias.

Eſaias.

Raphaia.

γ

Sallum

Helchias coævus Ioſię regis 2 Reg. 22. item 2 Paral. 34.

Azarias S. S. filius Helchiæ.

Seraia, S. S. tempore captæ & everſę Hieroſolymæ occiſus à Nabuchodonoſore Babylonio.

Ioſedec S. S. obijt in captivitate Babylonicâ.

Eſdras ſcriba & ſacerdos.

Ioſue S. S, quem Ieſum vocat Ioſephus, cum Zorobabele permiſſu Cyri regis Perſ. ex captivitate Babyl. in patriã reverſus. Eſd. 2. Neh. 12 Hagg. 1 & 2.

Ioachim S. S. Neh. 12.

Eliaſib S. S. Neh. 12.

Ioiada, quem Iudam vocat Ioſephus, S. S. Neh. 12.

Ionathan, quem Ioſephus Ioannẽ nuncupat, S. S. Neh. 12.

Ieſus amicus Vagoſis Perſę, in rixâ cum fratre in templo occiſus.

Sanabalath Cuthæus Horonites præfectus Darij regis Perſ. & Alexandri M.

Iſacha, vel Nicaſo, ut ſcribit Scaliger, nupta Manaſſi.

Manaſſes natu minor, ob quem à Sanabalath ſocero templũ in monte Garizim extructum.

IADDVA, quem Iaddum vocat Ioſephus, S. S. Neh. 12. Hic Alexandrum M. Hieroſolymę recepit.

Onias S. S. poſt patrẽ Iadduam.

Manaſſes S. S. poſt Eleazarum.

Simon juſtus S. S. poſt patrẽ.

ELEASARVS S. S. poſt fratrem tẽpore Ptolemæi Philadelphi.

Sub hoc Eleazaro ſacra litera ex Hebræo in Græcum ſermonem converſa ſtudio Ptolemæi Philadelphi.

Tobias ſororius Oniæ, gener Simonis juſti.

Filia [illegible] Simonis juſti.

Onias infans à patre Simone relictus, S.S. poſt Manaſſem patruum magnum.

Solinus natu minor, amantiſſimus fratris Ioſephi.

Ioſephus legatus pro Oniâ avunculo ſuo in Ægyptũ ad regem Ptolemeũ Epiphanem: de quo multa Ioſeph' hiſtoriographus antiq. Iud. lib. 12 cap. 4.

Simon S.S. poſt patrem: de cujus actis nihil memoriæ proditum eſt, nomen tantum recitatum a Ioſepho lib. 12 cap. 4 in fine.

Filia Solini denupta patruo Ioſepho.

Hyrcanus vir ſolertiſſimi ingenij, legatus à patre in Ægyptum miſſus ad Ptol. Epiphanẽ regem. De quo Ioſephus lib 12 cap. 4 & 5.

Filij ex priore conjugio ſuſcepti, inimici fratri Hyrcano.

Onias S.S. poſt patrem. Ioſeph. lib. 12, cap. 5 & 6.

Ieſus, qui & Iaſon dictus, ſommo ſacerdotio ornatus, & rurſus exutus ab Antiocho Epiph. Syriæ rege. Ioſeph. lib. 12 cap. 6.

Onias, quẽ & Menelaum vocarunt, ad ſummum ſacerdotiũ evectus ab Antiocho Epiph. vir prorſum profanus, qui & religionem patriam reliquit, & ejus delẽdæ autor fuit regi Antiocho: undè omne malorum genus defluxit in totam gentem Iudaicam. Ipſe Menelaus ab Anthiocho Eupatore velut malorum fons occiſus: eique ſuffectus *Alcimus* à genere ſacerdotali alienus.

Onias infans à patre relictus, fugit tandem in Ægyptum ad Ptolemæum Philometorem, & Cleopatram reginam: quorum permiſſu tẽplum Heliopoli in Ægypto ædificavit ad exemplar templi Hieroſolymitani ibiq; ſacra fecit. Quod templum Heliopolitanum ſtetit uſq; ad excidium Hieroſolymæ per annos circiter. 233.

Poſt ALCIMUM *ſummum ſacerdotium devolutum in domum Aſmonaeorum, in quâ manſit ad media tempora Herodis Magni, regis Iudææ.*

Chelchias in ſummâ gratiâ apud Cleopatram reginam. Ioſeph. lib. 13. cap. 17 & 19.

Ananias itidẽ potens apud eandem reginam Cleopatram.

FAMILIA MACCABÆORVM
VEL ASMONÆORVM.

Matathias filius Iohannis, nepos Simeonis ſacerdos ex familia Ioiarib.

Iohannes Gaddis, occiſus à filijs Iambri mox à cæde IVDÆ. 1 Mach. 9.

IVDAS Maccabæus tertiogenitus, primus dux poſt patrē per annos circiter ſex, à Bacchide cæſus. 1 Mach. 9.

IONATHAN Abaron minimus natu, dux populi poſt Iudam annis 18, & S. Sacerdos, perfidè interēptus à Tryphone cum 2 filijs. 1 Machab. 13.

Eleazarus quartogenitus cognomento Apphus occidens elephantum ipſe quoq; occubuit. 1 Mach. 6.

SIMON Thaſſi dux populi & S. Sacerdos poſt Ionathan, ſecundo genitus, perfidè peremptus à genero Ptolemæo cum filijs.

Matthias Aphlias — Filia nupta Matthiæ Aphliæ, filio Simonis Pſelli ex genere ſacerdotali.

IOANNES Hyrcanus eripiens ſe inſidijs Ptolemæi ſororij, dux populi & S. Sacerdos poſt patrem annis 31.

Iudas cum patre & fratribus alias ſororio occiſus.

Matthias Curtus nepos ex filia Ionathæ.

ARISTOBVLVS primus huius familiæ diadema ſumpſit: Rex Iudææ anno 1.

Antigonus ab Ariſtobulo occiſus.

IAMNEVS Alexander Rex Iud. annis 27. — *Salome, quæ & ALEXANDRA, regina dein poſt mortem mariti.*

Ioſephus natus anno IX regni Alexandræ.

HYRCANVS rex & S. Sacerdos pulſus à fratre, reſtitutus à Pompeio, abductus à Parthis, necatus ab Herode.

ARISTOBVLVS rex Iudææ pulſo fratre, à Pompeio Romam abductus, fugiensq; inde à Gabinio reductus; et ſumq; à C. Cæſare dimiſſus, à Pōpeianis veneno necatus.

Matthias natus anno X regni Archelai.

Alexandra filia Hyrcani, nupta Alexandro, Herodi infeſta, & à morte filij & filiæ, & patris ab ipſo necata. — Alexander à Pompeio cū patre abduct', ſed fugâ elapſus, infeſtus Romanis, à Scipione ſecuri percuſſus Antiochiæ.

ANTIGONVS hoſtis Hyrcani patrui & Herodis, ope Parthorum Hieroſolymâ occupat, & regē Iudææ ſe fecit, ſed à Soſio & Herode eiectus rurſus, ductusq; ad Antonium, ab eo in gratiā Herodis necatus Antiochiæ.

IOSEPHVS hiſtoricus natus anno 1 C. Cæſaris.

Matthias per fratrem ex captivitate liberatus.

HERODES Magnus maritus Mariamnes Rex Iudææ — Mariamne nupta Herodi, & perditè ab eo amata, ac tandem tamen necata.

Ariſtobulus adoleſcens S. Sacerdos ab Herode invito conſtitutus, & anno ætatis 18 Hierichūte per inſidias ab eodem undis ſuffocatus, ultimus maſculinæ ſtirpis in hac familia Machab.

Hyrcanus patri ſuperſtes: cujus matrem ob incōmodos eius mores pater dimiſit.

Iuſtus ex alia uxore priori inductâ.

Simonides Agrippa Iuſti germanus.

Alexander.

Ariſtobulus pater Herodis AGRIPPÆ regis Iudææ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Familia Herodis Magni regis Iudaeae.

Antipas genere Idumæus, religione Iudæus, potens ſub Alexandro Iamnæo rege, & Alexandra ejus conjuge reginâ.

Antipater Idumæus, procurator Iudææ, Hyrcano II fidus amicus. — **Cypros** Arabiſſa Iudaiſans.

Phaſelus primogenitus, pater Phaſeli mariti Salomes, quæ filia erat Herodis M.

HERODES Magnus Iudææ Rex ex conjugib. & concubinis variis multos liberos ſuſtulit: quorum præcipui hi

Ioſephus pater Ioſephi junioris.

Pheroras.

Salome poſt patruum Ioſephum nupta Coſtobaro Idumæo, mater Beronices, quæ nupſit Ariſtobulo filio Herodis M. item Antipatri legati Romam miſſi contra Archelaum.

Antipater primogenit' ex concubinâ Doride Arabiſſâ: à patre evect' in æmulationê filiorum Mariamnes Aſmonææ: dein ab eodê patre paulo ante ipſius mortem necatus. Cui natus ex filia Antigoni Aſmonæi

Alexander ex Mariamne Iudæâ ſtirpis regiæ Aſmonææ: à patre publico judicio damnatus capitis, & necatus unà cum fratre germano Ariſtobulo. Vxor Glaphyra Archelai Cappad. regis filia.

Cypros ex eadem Mariamne, nupta Antipatro conſobrino, ἄπαις.

Salome ex eadem Mariamne, nupta patrueli ſuo, Phaſelo: Phaſeli filio: Salampſio vocata.

Ariſtobulus ex eadem Mariamne ſtirpis regiæ, unà cû fratre Alexandro ſupplicio affectus à patre ob crimen cogitati parricidii.

Herodes ex aliâ Mariamne, filiâ Simonis ſacerdotis.

HERODES ANTIPAS tetrarcha Galilææ, qui Herodiadem fratri eripuit, Vulpes à Chriſto appellatus. Ioannem Baptiſtam occidit: natus ex Marthace Samaritide.

ARCHELAVS patri ſucceſſit in regni ſeu iſſe ſine nomine regio: poſt novennium in Galliam relegatus, natus ex eadem Marthace.

Olympias ex eâdem Marthace.

PHILIPPVS ex Cleopatrâ Hieroſolymitanâ; tetrarcha Trachonitidis, Auranitidis & Bathanеæ.

Antipater maritus filiæ Pheroræ patrui ſui.

Alexander.

TIGRANES Armeniæ rex, ἄπαις.

Antipater.

Cypros uxor Agrippæ regis. — **AGRIPPA** maior ex captivo rex; cujus varia fortuna fuit: percuſſus divinitus periit Cæſareæ.

HERODES rex Chalcidis annos 2.

Mariamne.

HERODIAS famoſa fœmina nupta duobus patruis.

TIGRANES rex Armeniæ factus à Nerone.

ALEXANDER gener Antiochi Comageni, rex Leſidis in Ciliciâ beneficio Veſpaſiani Imp.

AGRIPPA junior, rex Chalcidis poſt patruû Herodê: deinde adeptâ Chalcide loco ejus tetrarchiâ Philippi cum Abilene à Claudio imp. & poſt quoq; Tiberiadê & Iuliadê à Nerone obtinuit. Ad hunc orationem habuit Apoſt. Paulus. *Act 26* Vixit 30 annos poſt excidiû Hieroſ.

BERONICE nupta filio Lyſimachi, dein Herodi patruo Chalcidis regi, cui duos peperit filios: poſt diu vidua tandê nupſit Polemoni regi Ciliciæ proſelyto, quem deſeruit ob libidinem. Amica Titi Imp.

Mariâne ſponſa Arcelai Chelciæ fil. & poſt Demetrii Judæi Alexandrini.

DRVSILLA poſt alios ſponſos aut maritos regios demum nupta FELICI præſidi Iudææ *Act. 24.*

Ariſtobulus. — **Salome** nata Herodiadi ex priore marito, nupta Ariſtobulo filio avunculi Herodis Chalcidenſis.

AGRIPPINVS ſenex rex annos 30. *Philo.*

Agrippa periit in Veſuvio, filius Felicis.

Naum ex Zorobabele.

Amos.

Simon Iuſtus S. Sacerdos.

Mattathias, quem Tobiam à Ioſepho nũcupari quidam autumant.

Vxor ἀνώνυμος, filia Simonis Iuſti S. S.

Onias infans à patre moriente relictus, S. S. poſt Manaſſē patruum magnum.

Ioſephus Arſes, legatus in Ægyptum miſſus ad Ptolemæum Epiphanem regem: de quo multa Ioſephus hiſtoriographus.

Solinus amantiſſimus fratris Ioſephi.

Hyrcanus

Simon S. S. poſt patrem obſcuræ famæ.

Prior uxor Ioſephi.

Poſterior uxor filia Solini.

Onias S. S. poſt patrem.

Ieſus, Iaſon Græcis dictus: cui ſummum ſacerdotium dedit & ademit Antiochus Epiphanes.

Onias alter, quem Menelaum Græci dixere, S. S. beneficio eiuſdem Ant. Epiphanis, vir prorſum prophanus, patriæ peſtis.

Filii, inimici fratris Hyrcani.

Ioanna Hyrcanus ſolertiſsimi ingenii, legatus apud Ptolemæum Epiphanem regem in Ægypto.

Onias infans patre moriente fugit in Ægyptum, & ope regum templum Heliopol. ſtruxit.

Melchis ſine principatu in populo.

Levi.

Matthat prior maritus Eſthæ.

Eſtha bis nupta.

Melchi poſterior maritus Eſthæ, Nazarenus.

Iacob genitus ex Matthat.

Heli, qui & Ioachim, filius Melchi, Nazarenus.

Anna bis nupta, filia Mat thã ſacerdotis.

Cleophas, dubium an idem cum fratre Ioſephi.

Soror Annæ ἀνώνυμος.

Cleophas an idem cum marito Annæ matris Mariæ virginis, incertum.

Ioseph ſponſus Mariæ virginis.

Maria virgo, θεοτόκος.

Maria nupta Alphæo, ſoror τῆς θεοτόκου.

Alphæus maritus Mariæ.

Maria Salome ἀνεψιὰ τῆς θεοτόκου.

Zebedæus maritus Salome.

Simeon ſecundus epiſcopus eccleſiæ Hieroſolymitanæ, crucifixus ſub Trajano Imp. anno ætatis 120.

IESVS CHRISTVS θεάνθρωπος, Servator mundi.

Iacobus minor, Apoſtolus, frater domini Chriſti, primus epiſcopus Heroſol. ab Hieroſolymitanis trucidatus ſub Nerone Imp.

Ioſes.

Simon Cananites Apoſtolus, Zelotes dictus.

Iudas Thaddeus Apoſtolus.

Iacobus major Apoſtolus ab Herode Agrippa gladio percuſſus.

Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta, Chriſto dilectiſsimus.

Nepotes duo ob fortunæ tenuitatem contempti & dimiſsi à Domitiano Imp.

Fragmentum Hippolyti martyris à Nicephoro citatum, tribuit Annæ matri Mariæ virginis ſorores duas, Mariam matrem Salomes, aviam Iacobi & Ioannis Apoſtolorum, & Sobam matrem Eliſabethæ nuptæ Zachariæ ſacerdoti, aviam Ioannis Baptiſtæ, ſed fragmentum id fidei valde dubiæ eſt: & patres in his omnib. admodum fluctuant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

REGES CHALDÆORUM

in ſacris literis potiſsimùm, & fragmentis Beroſi ſcriptoris Chaldæi memorati: à quib. in Labynetis duob. diſſentire videtur Herodotus.

Beladan idem cum NABONASSARO Ptolemæi, aut ejuſce pater, rex CHALD. ſeu Babylonis.

MERODACH, Ptolemæo Mardokempad. rex Chald. ſeu Babylonis.

NABOPOLLASSARUS Beroſo & Ptolemæo, quem plerique vocant Nabuchodonoſorem priorem.

CYAXARES Mediæ rex.

NABUCHODONOSOR Magnus, Herodoto Labynetus prior.

NITOCRIS regina celeberrima, uxor Nabuchodonoſoris.

ASTYAGES Mediæ rex à CYRO nepote regno dejectus.

TTA

NERIGLISSOROOR occupator regni, cæſo Evilmerodacho affine, quod regnum tutorio nomine pro filio videtur adminiſtraſſe.

Filia ἀνώνυμος.

EVIMERODACH rex Babyl. poſt patrem: Amilmapadochus Beroſo dictus.

MANDANE nupta Cambyſæ Perſæ.

CYAXARES.

CYRUS Perſarum Monarcha.

XERXES Danieli AHASSUERUS dictus, natione MEDUS.

LABOROSOARCHODUS puer, rex Chald. IX menſ. in Daniele BALSASAR dictus: apud quem patris gubernatio ipſi quoque aſſeribitur à NABONIDO, id eſt, DARIO MEDO everſus.

NABONNEDUS Beroſo, LABYNETUS poſterior Herodoto, DARIUS MEDUS Danieli dictus. Balſaſare per ſeditionem occiſo rex à populo Babyl. electus, denique à CYRO everſus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ardyſus ex poſteris Herculis, rex Lydiæ.

Alyattes Heraclides rex Lydiæ.

Meles Heraclides rex Lydiæ.

Daſcylus.

Candaules Myrſi fil. poſtremus Heraclidarum rex Lydiæ, à Gyge ſatellite ſuo everſus, dolo uxoris. — Vxor — GYGES everſo domino ſuo regnum Lydiæ occupavit: rex annis 38.

ARDYS rex Lydiæ annis 49.

SADYATTES rex Lydiæ annis 12, bellum geſſit contra Mileſios per annos 6, idque filio tradidit.

HALYATTES rex Lydiæ ãnis 57, bellum Mileſium confecit pace cum Mileſiis inita anno regni ſui 6: hoſtis Cyaxaris regis Medorum.

DEIOCES Mediæ rex annis 40, Aſſæos etiam nuncupatus.

PHRAORTES rex Mediæ annis 22, Artynes quoque dictus.

CYAXARES rex Mediæ annis 40, bellum diuturnum geſſit cũ Halyatte Lydiæ rege.

CROESVS rex Lydiæ annis 16, à Cyro rege Perſ. victus & captus.

Arienã nupta Aſtyagi Medorũ regi faciendæ pacis ergò. — ASTYAGES ultimus rex Medorum, à Cyro Perſâ nepote ſuo everſus.

Nitocris regina Babylonis, uxor Nabuchodonoſoris.

Atys ante patrem in venatione periit.

Filius ἄφωνος mutus in extremo periculo patris cœpit loqui.

Cyaxares

Mandane nupta Cambyſi Perſæ. — Cambyſes Perſa.

CYRVS primus rex Perſarum evertit Aſtyagẽ avum, & Crœſum Lydum.

ASTYAGES poſtremus rex MEDORVM. — Cyrus Perſa. — Arſamenes.

Cyaxares. Mandane. — Cambyſes. Atoſſa.

CYRVS I rex PERSARVM: cui nati ex Caſſandane — Hyſtaſpes — Rhodogune.

CAMBYSES II rex Perſarum. Smerdes. Meroë ſoror & uxor Cambyſis. Artiſtona altera uxor DARII regis. Atoſſa uxor Cambyſis & Darij regum. — DARIVS III rex Perſ. Artabanus. Artaphernes. Otanes. Atarnes.

Pantapte. Parmis nupta Dario regi. Arſames. Gobrias. Artyphius. Ariomard'. Tygranes. Artaphernes. Smerdes. Amaſtris uxor XERXIS. Phragathunta.

XERXES IIII rex Perſarum: cui nati ex Amaſtre. Achemenes. Maſiſtes. Hyſtaſpes. Mandane.

DARIVS V rex Perſ. fraude Artabani à fratre occiſus. ARTAXERXES μακρόχειρ VI rex. Perſ. Hyſtaſpes. Darîæa.

XERXES alter VII rex Perſ. menſib. 2. SOGDIANVS VIII rex Perſ. menſib. 7. Arſites. DARIVS Nothus ante regnum dictus OCHVS, ex concubinâ, IX rex Perſarum. — Paryſatis ex concubinâ Audiâ, ſoror cõſanguinea & uxor DARII. Bagapæus germanus frater Paryſatidis.

Statira uxor legitima regis. — ARTAXERXES μνήμων X rex Perſ. — Aſpaſia duorum fratum concubina. — CYRVS cognomẽto Iunior, ἄπαις. Oſtanes. Oxatres.

DARIVS à patre viventе rex declaratus & occiſus. Ariaſpes fraude Ochi everſus vivẽte adhuc patre. ARTAXERXES cognomento OCHVS XI rex Perſ. Arſames ex concubinâ ab Ocho everſus. — Siſygambis ſoror & uxor Arſamis, ex concubinâ. Atoſſa filia & uxor μνήμονος regis. Amaſtris patri quoque nupta. Rhodogune. Apune. Ocha

Arbupales. ARSAMES XII rex Perſarum. Biſtanes. Paryſatis. DARIVS dictus Codomannus XIII rex Perſ. & ultimus. — Statira ſoror & uxor DARII. Pharnaces. Oxyattes. Filia ἀνώνυμος.

Ochus. Statira. Drypetis. Statipna. Filia alia ἀνώνυμος. Amaſtris.

1 ARSACES I Parth. rex.

2 ARSACES II.

3 PAMPATIVS.

4 PHARNACES præteritis filiis ſuis fratrem Mithridatem ſucceſſorem inſtituit.

5 MITHRIDATES I rex inclytus Demetrium NICANORA regem Syriæ vivum cepit.

7 ARTABANVS I.

8 PACORVS I.

Filia Demetrii Nicanoris nupta Phraati.

6 PHRAATES I Antiochum Sedetem in prælio occidit. Demetrium Nicanora dimiſit: ipſe à Scythis cæſus.

Rhodogune nupta Demetrio Nicanori.

9 PHRAATES II legatos ad Pompejum mittit, hoſtis Tigranis ſenioris Armeniæ regis.

10 MITHRIDATES II cognomento MAGNVS: regnum Parth. valdè auxit: tandem regno abdicatus ob crudelitatem: occiſus ab Orode fratre.

11 ORODES cæde fratris regno potitus M. Craſſum captum occidit.

Filia nupta Tigrani Armenio juniori.

Filia altera nupta Sanatroci fratri Tigranis ejuſdem junioris.

PACORVS gener Tigranis ſenioris, cæſus à Ventidio Rom. vivo adhuc patre.

12 PHRAATES III crudelis tyrannus interfectis XXX fratrib. patrem quoq; atroci morte affecit: ipſe rurſus necatus: hoſtis M. ANTONII: ſigna Craſſo erepta reſtituit AVGVSTO.

Thermiſſa Italici generis dono miſſa ab Auguſto.

Saraſpades.

Ceroſpaſdes.

14 PHRAATES IIII evocatus Româ ad regnum contra Artabanum II, occiſus in Syriâ.

VONONES poſt Orodis II cædem in regnum Româ vocatus, variis jactatus caſibus.

13 PHRAATACES, patrem, à quo rex deſignatus erat, occidit: ipſe viciſſim per tumultum occiſus.

MEHERDATES obſes Auguſto Cæſari datus ab avo, ſub Claudio Cæſ. ad regnum revocatus, ad Euphratem fl. occiditur.

14 ORODES II Arſacides rex contra Phraatē IIII.

Tyridates nepos Phraatis III à Tiberio imp. Rom. patri vel patruo ſurrogatus.

15 ARTABANVS II Arſacides, rex contra Vononem, apud Dahas educatus.

RELIQVA FAMILIAE ARSACIDARVM.

Arſaces, Darius, 17 BARDANES rex Parthorum, Orodes, 18 GOTARZES rex. 19 VOLOGESES II ex pellice Græcâ natus. Pacorus regno Mediæ donatus à fratre Vologeſe. Tyridates rex Armeniæ, ad Neronem Romam venit.

20 ARTABANVS II rex Parth. Vardanes.

21 PACORVS II rex Parth. in exilium à ſuis pulſus. 22 COSROES Parth. rex. Partanaſpates.

23 VOLOGESES II rex Parth.

24 VOLOGESES III hoſtis Septimij Severi imp. Rom. ut tradit Xiphilinus ex Dione Caſſio, quod Herodianus Artabano attribuit.

Tyridates Severo imp. conjunctus contra fratrem Vologeſem.

25 ARTABANVS IIII rex Parth. ultimus Arſacidarum, ab Artaxerxe Perſâ plurib. prælijs ſuperatus, in poſtremo cæſus: regnum ad Perſas reverſum.

ARTAXERXES ſeu Artaxares ex pudendo concubitu, & infimæ ſortis parentib. natus, occiſo per conſpirationem Artabano ultimo Parthorum rege imperium Orientis Perſis reſtituit, tempore Severi Alexandri Rom. imp. regnavitque annos 14. menſes 10.

SAPOR arma tulit contra Gordianum III Rom. imp. pacem dedit Philippo Arabi imp. Valerianum imp. in pugnâ cepit, & poſt varias contumelias illatas vivum excoriavit, princeps crudelis: regnum dilatavit, Romanis clades intulit: ab Odenato Palmyreno tandem compreſſus: regnavit annos 32 ferè.

ORMISDES filius Saporis, regnavit annum unum, dies 10.

VVARANNES incertũ filius, an frater, an cognatus Ormiſdæ, regnavit poſt eum annos 3.

VVARANNES II filius prioris, regnavit annos 17.

VVARANNES III filius ſecundi cognomento Seganeſua, ſtatim ſuſcepto regno everſus.

NARSES poſt VVarannem III regnavit annos 7, menſes 9, nepos Saporis. Bellum geſsit contra Romanos, Galerium Cæſarem generum Diocletiani vicit, deinde ab eodem latè victus: conjux ejus, & ſorores ac liberi capti, ac in urbem Romam à triumphante Diocletiano ducti.

ORMISDES aut Miſdates Narſetis fil. regnavit itidem annos 7 menſ. 9.

SAPOR in utero matris à regni procerib. coronatus, 70 annos vixit & regnavit, ut ſcribit ex annalib. Perſarum Agathias: licet aliter de eo, & regni ejus initiis tradat Zonaras affirmans Narſetis filium fuiſſe, & everſis fratrib. regnum rapuiſſe. Cœpit ſub Conſtantino M. bellum habuit cum Conſtantio Conſtantini filio, & Iuliano Apoſtatâ, geſſitque duce Surenâ. Pacem vendidit Ioviano, acceptâ ab eo Niſibe urbe. Vixit uſque ad initia Theodoſii Magni imp.

ARTAXERXES II frater germanus Saporis poſt eum regnavit annos 4, ut vult Agathias. Itaque grandævus ad regnum acceſſerit, ſeptuagenario major.

SAPOR fil. Artaxerxis regnavit annos 5. 4. Floruit ſub Theodoſio imp.

VVARANNES Saporis filius, Kerman Saa dictus ex natione à patre ſubactâ regnavit annos undecim.

ISDIGERTES VVarannis fil. annos regnavit 21. Ab Arcadio imp. morituro tutor filii Theodoſii junioris adhuc pueri nuncupatus, fidem pupillo integram præſtitit, ut prodit Procopius.

VVARANNES fil. Iſdigertis arma cõtra Romanos movit, ſed mox pacatus receſsit: regnavit annos 20.

ISDIGERTES patri VVaranni ſuccedens regnavit annos 17, menſ. 4. Hujus nomen reticet Agathias. Procopius meminit quidem ejuſdem.

PEROZES fratri ſucceſſit, princeps bellicoſus: regnavit annos 20, hoſtis Hunnorum Euthalitarum, quos albos vocant: à quib. tandem cum liberis 22 cæſus eſt.

VALENS Procopio Blaſes, aliis Obales dictus, ingenio mitis, inglorius, poſt Perozen fertur regnaſſe annos 4.

CABADES Perozæ fil. ingenio turbidus, violentus, leges Perſicas conatus mutare, poſt annos regni 11 à Perſis in carcerem detruſus: ex quo cum effugiſſet, & apud Hunnos albos aliquandiu exulaſſet, ope regis eorum, ſoceri ſui, regnum recepit tenuitq; id rurſum annos 30. Bellum geſsit contra Romanos tempore Anaſtaſii, Iuſtini 1, Iuſtiniani impp.

ZAMBASES aut Zamaſpes, princeps humanus, tempore cuſtodiæ & exilii fratris Perſarum rex per annos 4: ceſſit fratri in regnum reverteti.

Cabades primogenitus, ſed patri inviſus, ideoque ſucceſſione ab eo excluſus; æmulus Coſroï à procerib. poſt mortem patris excitatus.

BAZES II-genitus etiam Zama Procopio dictus, vir fortiſsimus, ſed monoculus, atq; ideo regni honore vi legis Perſicæ excluſus: ob conjurationem à Coſroë fratre cum liberis occiſus.

Cabades ſervat' à nutritio clam, demum re detectâ profugit ad Iuſtinum II imp. Rom.

COSROES fratrum minimus, ſed patri Cabadi carus ex ejuſce ſorore Abevede natus, cognomento Magnus: Iuſtiniani, Iuſtini II, Tiberii impp. hoſtis, regnavit annos 48: cœpit Iuſtiniani anno 5, obiit initio Tiberii.

ORMISDAS patri Coſroï ſucceſſit: qui cum bellum cum Romanis gerens regnaſſet annos 8, fraude Baræ exercituum ducis in odium ſuorum incidit, regnoque exutus ademptis oculis in carcerem compactus fuit.

COSROES patri ſurrogatus à procerib. deinde offenſis ſuis, eoſq; metuens ad Romanos confugit, auxilióque Mauricii imp. in regnum rediit. Bella contra Phocam & Heraclium impp. geſsit; ab Heraclio latè vincitur: regnavit annos 39, occiſus à Siroë filio.

Filius alter, quem pater Coſroïi in regno voluit præferre, à procerib. cum matre in conſpectu patris occiſus.

SIROES patri à ſe occiſo ſucceſſit: regnavit annum unum. Hinc regnum fluctuavit ad ultimum regem ORMISDAM Iſdigirdem, qui à Saracenis cum omni domo & regno eſt everſus.

Merdaſa, quem pater cum vellet Siroï natu majori præferre, cum eodem à Siroë eſt necatus.

FAMILIA REGVM CRETÆ.



INACHVS Argolicus.

PHORONEVS Phoronicum condidit in Argolide.

Filia.

ARGVS avi ſucceſſor.

Piraſus.

PHORBAS rex Arg.

TRIOPAS.

IASVS rex Argives.

Agenor.

MESSENE, ex qua Meſſenia dicta, nupta Polycaoni.

IO in Ægyptum profecta.

CROTOPVS rex Arg. ſucceſſit Iaſo patruo.

DANAVS ex Ægypto veniens rex Argivus pulſo Gelanore judicio populi proprior judicatus.

STHENELAS rex Argivus.

GELANOR rex Argivorum à Danao ex Ægypto veniente regno pulſus.

LYNCEVS maritus Hypermneſtræ rex Arg. poſt ſocerum.

HYPERMNESTRA ſola ex ſororibus maritum ſervavit.

ABAS rex Arg.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

λ

ACRISIVS rex Argivorum, cui ex Eurydice Spartanâ nata eſt Danae.

Eurydice filia Lacedæmonis & Spartæ, nupta Acriſio.

DANAE compreſſa à Iove, mater Perſei.

PERSEVS

Perſes, à quo Perſæ putantur nuncupati.

Electrio, cujus uxor Eurydice filia Pelopis.

Gorgophone bis nupta, Oebalo & Perieri. Ex hoc nati.

ALCMENA nupta Amphitrioni, compreſſa à Iove.

Aphareus, cui ex Arene ſorore uterinâ nati.

Leucippus

HERCVLES maritus Dejaniræ.

Idas,

LYNCEVS à Polluce occiſus.

HYLLVS.

Cleodæus.

Lanaſſa nupta Pyrrho filio Achillis.

Ariſtomachus.

PROETVS ſinus Argolici dominus.

MEGAPENTHES Arg. cum Perſeo regnum commutavit.

ARGEVS Arg.

Anaxagoras.

Elector.

Iphis.

CAPANEVS.

STHENELVS rex Arg.

EVRYSTHEVS rex Arg. perſecutor Herculis.

CYLARABES [illegible] cui ſucceſsit Oreſtes Agamemnonis filius.

REGES LACEDÆMONIS ANTIQVISSIMI.

Iupiter. — Taygeta.

LACEDÆMON. — SPARTE.

AMICLAS rex Lacedæm. condidit urbem Amyclas.

Eurydice uxor Acriſii regis Argivorum, mater Danaës.

ARGALVS rex Lacedæm.

CYNORTAS rex Lacedæmon.

OEBALVS rex Lacedæm. Cui ex Gorgophone nati.

LAEDA. — TYNDARVS rex Laced.

HIPPOCOON fratrem regno ejecit.

Arene nupta Aphareo fratri uterino: ex quo.

Clitemneſtra uxor Agamemnonis.

HELENA uxor Menelai.

POLLVX occidit Lynceum.

Idas.

LYNCEVS à Polluce occiſus.

ORESTES rex Arg. & Laced. — Hermione filia Menelai, uxor Oreſtis.

TISAMENVS.

- AGENOR Phœnicum rex, Danai, ut quidam volunt, frater.
  - CADMVS literas in Græciam intulit, & Thebas condidit.
    - Ino nupta Athamanti.
      - Melicertus.
    - Polydorus OEdipi proauus.
      - Labdacus avus OEdipi.
        - LAIVS pater OEdipi rex Thebanus.
          - OEDIPVS filius, & maritus Iocastæ, rex Thebarum. — Iocaſta mater & conjux Oedipi nupta prius Laio Oedipi patri.
            - ETEOCLES rex Thebarum bello decertās cum fratre.
              - Laodamas.
            - POLYNICES de regno contendens ac dimicans cum fratre, gener Adraſti.
              - Therſander.
                - Tiſamenus Thebanus.
                  - Autesion Thebanus.
                    - Theras Thebanus coloniā deduxit in inſulam Calliſten, quæ ex ipſius nomine Thera deinde dicta.
                    - ARGIA nupta Ariſtomedo Heracl dæ. — ARISTODEMVS, ex quo reges Spartani.
                      - Euriſthenes.
                      - Procles.
    - Agave.
      - Pentheus, proavus Iocastæ.
        - Claſas.
          - Menœcus.
            - Iocaſta (see above)
            - CREON.
              - Menœceus.
    - Semele.
      - Bacchus.
  - Europa.

- HERCVLES.
  - Hyllus.
    - Cleodæus.
      - Ariſtomachus.
        - ARISTODEMVS (see above)
        - Temenus.
        - Creſphontes.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Actæus, unde Attica dicta.

Filia nupta Cecropi. — CECROPS Diphyes Ægyptius 1 rex Athenarum.

Erſe filia. *Aglauros filia.* *Pandroſos filia.* *Eryſichthon filius ante patrem mortuus.*

CRANAVS 2 rex Athen.

AMPHYCTYON 3 rex Athen. ſocerum Cranaum regno expulit. — *Filia* *Atthis, ex qua Attica nominata.*

ERICHTHONIVS Vulcani & terræ filius rex 4 Athen. Amphyctyonem regno exuit.

PANDION I rex 5 Athenarum. Chione.

Tantalus rex Phrygiæ. *Tereus Thrax maritus Prognes, rex in Daulide Phocidis, Megaris ſe occidit.* — Progne. ERECHTHEVS 6 rex Athenarum: cui ex uxore Praxitheâ Cephiſi filiâ, nati. Philomela. *Eumolpus rex Thraciæ.*

Niobe. *Pelops.* *Itys mactatus à matre, à patre comeſtus.* Orithyia à Borea rapta. CECROPS II 7 rex Athenarũ. Procris nupta Cephalo, & ab eo neſcio occiſa. Orneus. Creuſa nupta Xutho nepoti Deucalionis.

Atreus *Pittheus Sapient, princeps Trœzenis.* PANDION II rex 8 Athenarum, ejectus à Metionidis cum liberis, obiit in Megaride. Peteus. *Achæus in Theſſaliam rediit.* *Ion* …

MNESTHEVS 11 rex Athen.

Æthra, ex qua Ægeo natus eſt Theſeus Trœzene. — ÆGEVS rex 9 Athenarum reverſus Athenas ejecit Metionidas. Niſus Megaridis rex, à Scylla filia hoſti Minoi proditus periit. Pallas πολύπαις. Cujus filii 50 & Ægeo patruo & Theſeo patrueli infeſti fuere, dicti Pallantidæ à Plutarcho. Lycus, ex quo Lycios putant eſſe dictos. Filia nupta Scytoni. — Scyron …

Antiopa Amazon. — THESEVS 10 rex Athenarũ. — *Phædra.*

Hippolytus adamatus a novercâ Phædrâ, miſerè periit. DEMOPHOON 12 rex Athen. Athamantes.

OXYNTHES 13 rex Athen.

APHIDAS 14 rex Athen. a fratre Thymœte notho occiſus. THYMOETHES nothus regni causâ occidit fratrem: rex 15 Athen. & ultimus familiæ Erechtheidarũ: recuſans duellum contra Xanthium Bœotium hoſtem regnum coactus eſt abdicare & tradere Melantho Pylienſi.

MELANTHVS Andropompi filius, 16 rex Athenarum, Pylienſis.

CODRVS ultimus rex Athenarum.

NELIDÆ PYLIENSES.

- ÆOLVS cognomento Neptunus.
  - Cretheus.
    - NELEVS Pylius.
      - Periclimenus cum fratribus ab Hercule occiſus.
        - Penthilus.
          - Borus.
            - Andropompus.
              - MELANTHVS ex Meſſenia ejectus cum agnatis ab Heraclidis migravit Athenas, factusq; eſt Athenarum rex.
                - CODRVS ultimus Athenarum rex, ſeſe in bello devovit.
                  - Nelens cum fratre coloniam Ionicam duxit in Aſiam.
                  - Androclus princeps coloniæ in Ioniam Aſiaticam ductæ cum fratre.
      - NESTOR natu minimus, ſervatus ab Hercule.
        - Antilochus.
          - Pæon, ex quo orti Pæonidæ Athenis.
            - Liberi hujus cum Melantho, & Alcmæone & Piſiſtrato & Nelidis aliis ab Heraclidis ejecti ex agro Meſſenio migrarunt Athenas.
  - Perieres Meſſeniæ dominus.
    - Leucippus Meſſenius.
    - Aphareus.
      - Idas fulmine periit.
        - Cleopatra nupta Meleagro filio Oenei, fratri Tydei, patruo Diomedis.
      - Lynceus à Polluce occiſus.


Neptunus — Ceglura.
Aſopus.
Iupiter.
Mars vel Alxion.
Harpinna.
Ægina,
Iupiter.
Tantalus.
Oenomaus.
Endæis filia Scyronis.
ÆACVS in Ægina natus.
Sam. Tiana.
PELOPS, ex quo Peloponneſus dicta.
Hippodamia Pelopi nupta.
Peleus patrem fugiens ob cædem Phoci fratris habitavit in Theſſalia.
Telamon Æginę & Salaminis rex.
Phocus diſco occiſus à Peleo fratre.
Pelopeja filia Thyeſtæ.
Thyeſtes,
Atreus, cujus uxor ſtuprata à Thyeſte fratre.
ACHILLES bello Trojano periit.
AIAX bello Trojano periit.
Teucer Salaminem in Cypro condidit.
Panopeus.
Criſus
Ægiſtus ex inceſto natus.
Tantalus minor.
Pelopeja.
Agamemnon.
Anaxibia mater Piladæ.
Menelaus.
PYRRHVS Neoptolemus prior maritus Hermiones: dein Andromaches, demum Lanaſſæ, proneptis Herculis.
Euryſaces Salamine habitavit.
Epeus equi Trojani fabricator.
Strophius, cui ex Anaxibiâ ſorore Agamemnonis natus eſt.
Oreſtes Arg. & Lacedæm. rex.
Hermione Oreſti nupta poſt Pyrrhum.
Phylæus ob Salaminem Athenienſibus datam civitate Atticâ donatus: ex quo Alcibiadis genus paternum, item Miltiadis deſcenderunt.
Pilades amicus Oreſtis ex avunculo ſuo genitus.
Tiſamenus Arg. & Lacedæm. rex, pulſus ab Heraclidis.
Moloſſus ex Andromache ſecundum Pauſ. aut ex Lanaſſa ſecundum Plutarchum. Moloſſis nomen dedit Epiri rex.
Pielus ex câdê matre cum Moloſſo: propagator familiæ regum Epiri.
Filii Piladis ex Electrâ, Ariſtodemum Heraclidem occiderunt Delphis.

FAMILIA MILTIADIS ET CIMONIS ATHENIENSIVM.

AGAMESTOR Æacides decimus ab Ajace Telamonis filio, ἄρχων perpetuus Athenis.

ÆSCHYLVS ἄρχων perpetuus penultimus.

Tiſſander, quem memorat Marcellinus in vita Thucydidis.

Miltiades I Æacides ab eodem Marcellino memoratus, ut & ab Æliano.

Hippoclides Tiſandri filius, Herodoto: aliis filius Miltiadis, quem ideo cum Cypſelo confundunt: procus Agariſtæ filię Cliſthenis Sicyonii.

Steſagoras propinquus Cypſeli: prior maritus.

Vxor bis nupta.

Cypſelus Æacides, de quo Herodotus lib. 6. quem plerique cum Hippoclide confundunt.

Cimon, Coalemus dictus, bis victor in Olympiis: à Piſiſtrati filiis occiſus. Herodotus lib. VI.

Miltiades II conditor coloniæ Atticæ in Cherroneſo, princeps Cherroneſi, coævus Piſiſtrati, tyrannis inimicus, Crœſo Lydiæ regi carus: obiit ἄπαις.

Olorus Thraciæ rex ſocer Miltiadis.

Steſagoras patruo ſucceſsit in Cherroneſo ἄπαις.

MILTIADES III hæres fratris Steſagoræ in Cherroneſo: Athenas reverſus Perſas vicit ad Marathonem: ab ingrato populo in carcere mori coactus.

Hegeſipyle II uxor Miltiadis, mater Cimonis.

Metiochus captus à Phœnicib. in receptu patris ex Cherroneſo, ductus ad Darium regem, & ab eo in honore habitus: cujus poſteri in Perſia clari.

Elpinice concubina aut uxor Cimonis fratris: dein nupta CALLIÆ diviti ad ſolvendam pro vincto fratre mulctam pecuniâ novi mariti.

CIMON totius familiæ clariſsimus, pace ac bello magnus, Periclis æmulus, Perſas terrâ marique vicit ſæpiùs: obiit in Cypro. Ex uxoribus duabus tres ſuſtulit filios.

Soror Cimonis quam Hegeſipylem vocat Marcellinus in vita Thucydidis, nupta Oloro civi Athenienſi Miltiadis cognato.

Olorus civis Athenienſ. Miltiadi ſanguine junctus.

Lacedæmon 30 navib. præfectus à Pericle.

Eleus eodem partu editus cū Lacedæmone.

Theſſalus ex aliâ matre, accuſator Alcibiadis.

THVCYDIDES hiſtoriographus.

FAMILIÆ CLISTHENIS, PERICLIS, ALCIBIADIS ATHENIENSIVM.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

HERACLIDÆ, QVI SPARTÆ REGNARVNT.

Alcmena.

HERCVLES. Iphiclus.

Hyllus.

Cleodæus.

Lanaſſa nupta Pyrrho Achillis filio: ex quo orti reges EPIRI.

Ariſtomachus reditum tétans in Peloponneſum à ſcopo aberravit.

Temenus in Peloponneſum reverſus cum Creſphonte & Ariſtodemi præmortui liberis potitus eſt Argis. Ex quo reges Macedoniæ orti.

Creſphontes Meſſeniam ſortitus, ſtirps regum Meſſeniorum.

Ariſtodemus Delphis à filiis Piladæ occiſus ante fratrum reditum in Peloponneſum.

Tiſamenus pronepos Oedipi.

Anteſion Thebanus è patria diſcedere coactus.

Argia Thebana nupta Ariſtodemo.

Theras coloniam deduxit in inſulam Calliſten, quam ex ſuo nomine Theram appellavit.

EVRYSTHENES rex Spartæ diſcors cum fratre Procle, quamvis eodem partu cum eo editus.

PROCLES rex Spartæ cum fratre. Horum fratrum diſcordia in poſteros eſt derivata.

HELOS oppidum maritimum ab Agide in ſervitutem redactum. Hinc ſervitus εἱλωτική, quæ duravit ad imperium uſq; Romanum.

AGIS rex inclytus, ex quo poſteri etiam Agidæ dicti.

ECHESTRATVS.

LABOTAS.

DORYSSVS.

AGESILAVS, ſub quo leges à Lycurgo latæ.

ARCHELAVS.

TELECLVS Amyclas excidit; à Meſſeniis occiſus in fano Dianæ.

ALCAMENES, ſub quo HELOS oppidum everſum, & conditio Hilotarum deterior facta.

Sub Polydoro & Theopompo regib. cæpit primum bellũ Meſſenium, & Ephori primũ creati.

POLYDORVS cæpit anno 34 Nicandri, rex optimus.

EVRYCRATES pacatum regnum tenuit.

SOVS.

EVRYPON nimium dicitur indulſiſſe populo.

PRYTANES.

Vxor prior. — EVNOMVS — *Dionaſſa poſterior uxor.*

POLYDECTES patri non diu ſuperſtes.

LYCVRGVS tutor Charilli, leges tulit Spartanis celebres apud poſteros.

CHARILLVS poſtumus vixit & regnavit annos 64: bellum intulit Argivis, quod duravit diu.

NICANDER regnavit annos 39: cujus anno 34 prima Olympias Iphitea celebrata, cæpit Polydorus Euryſthenides.

THEOPOMPVS dux bello Meſſenio I: primus Ephoros in rep. Spartanã inſtituit.

Archidamus ante patrem mortuus regnum non iniit.

Anaxandrides.

α

ANAXANDER, ſub quo & Anaxidamo geſtum bellum Meſſen. II cum Meſſeniorum excidio.

EVRYCRATES, ſub quo cœpit bellum Tegeatæ.

LEON adhuc bellum geſſit contra Tegeates, infeliciter.

ANAXANDRIDES ſolus regum Spart. duas ſimul uxores habuit: bellū Tegeatæ finijt.

CLEOMENES celebris in hiſtoriâ Herodoti, σύγχρονος Dario Hyſtaſpis regi Perſ. ἄπαις.

Cleombrotus.

LEONIDES ad Thermopylas occubuit bello Xerxeo.

PAVSANIAS non rex, ſed tutor Pliſtarchi regis, in hiſtorijs celeberrimus.

PLISTARCHVS maturè obijt regno vix inito, ἄπαις.

PLISTOANAX rex ſucceſſit Pliſtarcho.

PAVSANIAS coævus Ageſilai & Lyſandri.

AGESIPOLIS rex ad Olynthū obijt.

CLEOMBROTVS fratri ſucceſſit: ad Leuctra occubuit.

AGESIPOLIS rex inglorius ἄπαις.

CLEOMENES fratri in regno ſucceſſit.

Acrotatus ante patrem obijt.

Cleonymus cum Areo de regno contendit, Pyrrhum in Laconicam evocavit.

AREVS patruo prælatus in regni ſucceſſione Pyrrhi Epirotæ σύγχρονος.

LEONIDES ſenex Areo juniori pupillo ſuo ſucceſſit: peregrinis moribus imbutus, & peregrinæ conjugi junctus: exul regno redditus.

ACROTATVS rex inglorius, adamatus à Chelidonide uxore Cleonymi, ad Megalepolim occubuit.

AREVS junior poſtumus obiit adhuc impubes, ſub tutelâ Leonidæ.

Chilonis nupta Cleombroto ſoceri proditori, ſeducto à Lyſandro Lyſandri filio.

EVCLIDES natu minor, rex à fratre deſignatus.

CLEOMENES ex matre peregrinâ natus, ephoros occidit & è rep. ſuſtulit: ultimus regum hujus familiæ, miſerè in Ægypto periit cū totâ familiâ. — *Filia Gylippi* ἀνώνυμος, *nupta prius Agidi, dein Cleomeni, utrinſq; amātiſſima.*

β

ZEVXIDAMVS avo ſucceſſit.

ANAXIDAMVS, ſub quo Meſſenij Peloponneſo ejecti.

ARCHIDAMVS pacatè regnavit.

AGASICLES pacatum regnū tenuit.

ARISTO, cui ex tertia uxore demūm natus fili⁹ ἑπταμηναῖος.

DEMARATVS ἑπταμηναῖος natus ob ambiguos natales regno dejectus à Cleomene æmulo, exul apud Perſas: de quo multa Herodotus.

γ

Archidamus.

Anaxilaus.

Leutychides.

Hippocratides.

Geſileus.

Menates.

Prior uxor ἀνώνυμος. — LEVTYCHIDES Demarato ſurrogatus, celebris apud Herodotum. — *Eurydame poſterior uxor.*

Zeuxidamus ante patrem obiit, regni expers.

Lampito ex patris voluntate nupta Archidamo fratris ſui filio.

ARCHIDAMVS rex ſucceſſit avo, maritus amitæ.

Timæa amica Alcibiadis. — AGIS natu maior patri in regno ſucceſsit.

AGESILAVS rex claudus ſed laudatiſsimus & celeberrimus, aliâ quàm Agis matre nat⁹, Agidi ſucceſſit, eo multò junior.

Leutychides ſuſpectæ originis.

ARCHIDAMVS patri ſucceſſit: in Italia à Meſſapiis cæſus.

AGIS rex ad Megalepolim ab Antipatro Maced. cæſus: ἄπαις.

EVDAMIDAS fratri ἄπαις ſucceſsit.

ARCHIDAMVS rex.

EVDAMIDAS rex. — *Archidamia prædives.*

Ageſiſtrata, cū filio & matre in carcere necata.

Ageſilaus ephorum vir peſſimus, Agidi inimicus.

AGIS regum in hac familia ultimus, ab ephoris ac Leonida in carcere necatus ob optimum ſtudium reſtituendę in integrum diſciplinæ Laconicæ prolapſæ.

Archidam⁹ fugâ elapſus cum occideretur frater: poſt tamen ab ephoris quoque necatus.

Hippomedon ferox & turbulentus.

Horum duorum regum vitas deſcripſit Plutarchus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

REGES MACEDONIÆ EX HERCVLE DESCENDENTES.

CARANVS Argivus per Temenum ex Hercule deſcendẽs o aculi monita primus ſedes cepit & regnum conſtituit in Macedonia.

CAENVS à Iuſtino non memoratus.

TYRIMAS etiam à Iuſtino ſilentio prætermiſſus.

PERDICCAS, à quo ſermem incipit Herodotus.

ARGAEVS.

PHILIPPVS regno vix inito mortuus.

AEROPVS in cunis adhuc vagiens rex.

ALCETAS obſcurus, à Iuſtino quoq; omiſſus.

AMYNTAS priorib. omnib. celebrior, Cyro, Cambyſi, Dario Perſarum regib. coævus: de quo Herodotus.

ALEXANDER Dives, patre etiam maior, πολύχαις, amator Pindari poëtę: coævus Xerxi: de quo etiã Herodotus.

Gygæa nupta Bubari Perſæ: cui peperit filium Amyntam Alabandâ in Aſiâ donatum.

Aridæus hîc apponitur à nõnullis neſcio quàm bene.

Cleopatra uxor Perdiccæ.

PERDICCAS patri in regno ſucceſſit, in Philippum fratrem iniquus: de quo multa Thucydides.

Stratonice nupta Seuthę Thracum regi.

Philippus θαῤῥαλέος à fratre regni parte ejectus, Atheniensium contra fratrem ſocius.

Amyntas obſcurus, cui fili' fuit Philippus, forſan maritus filiæ Archelai regis.

Alcetas ab Archelao rege occiſus cum filio.

Filius ἀνώνυμος ſeptennis ab Archelao fratre regni occupatore necatus.

ARCHELAVS nothus ex Simiche ſervâ Alcetæ patrui natus, cædib. patrui, patruelis, fratris ſeptennis legitimi regnũ ſibi vacuum fecit: beneficus in eruditos, Euripidis hoſpes: interemptus à Cratæva.

AMYNTAS II variâ fortunâ diu jactat', & ab æmulis pluribus multa perpeſſus, ac regno excluſus, tandẽ Pauſania Aëropi filio everſo ope Iphicratis Athenienſ. regnũ quietè diu poſſedit.

Alexander cum patre occiſus ab Archelao.

AEROPVS Temenides necato pupillo ſuo Oreſte, regnum Maced. occupavit tenuitque per annos aliquot.

Archelaus II à quibuſdã memorat', à Diodoro omiſſus.

ORESTES rex, puer tutore ſuo Aëropo interemptus.

Filia ἀνώνυμος nupta regi Elibeæ.

Filia altera nupta Amyntæ filio.

ALEXANDER II patri ſucceſſit, occiſus à fratre Ptol. Alorite.

PTOLEMAEVS Alorites nothus occiſo Alexandro regnum rapuit, everſus viciſſim à Perdicca.

PERDICCAS everſo Ptolemęo regnũ accepit, captus & necatus ab Illyriis.

PHILIPPVS fratri Perdiccæ ſucceſsit regũ Macedoniæ pater Alexandrum filium longè clariſsimus & potentiſs.

PAVSANIAS rex anno uno, expulſus ab Amynta II.

Alexander.

ALEXANDER Magnus, regum maximus & potentiſs. natus ex Olympiade Epirotica.

Cleopatra nupta Alexandro Epirotæ avunculo, qui in Italia periit: nata ex Olympiade.

Cyna, nata ex Audata Illyria, fœmina fortiſs. nupta Amyntæ patrueli, filio Perdiccæ.

ARIDAEVS rex Maced. fratri Alexandro ſurrogatus, natus ex Philinna ſaltatrice Lariſſæa, juſſu Olympiadis occiſus.

Caran' ex Cleopatrâ noviſsimâ conjuge, quæ erat Attali ducis ex ſorore neptis: Hic adhuc adoleſcens peſsimo letho cum matre affectus ab Olympiade noverca.

Theſſalonice ex fœmina Pheræa, nupta Caſſandro.

Hercules ex Barſine Mẽnonis Rhodii vidua, filia Artabazi natus, in gratiam Caſſandri in convivio occiſus à Polyperchonte anno ætatis 17.

Alexander poſtumus ex Roxane Perſicâ, Oxyatræ filia, juſſu Caſſandri veneno necatus cum matre & avia Olympiade.

EVRIDICE regina, uxor Aridæi avunculi ſui, fœmina ferociſsimi ingenii, juſſu Olympiadis cum marito interfecta.

Antipater.

Alexander.

EORVNDEM REGVM MACED. SERIEM SIC DEDVCIT IVSTINVS EX TROGO.

CARANVS Temenides regni conditor in Macedonia.

PERDICCAS.

ARGAEVS.

PHILIPPVS.

EVROPVS.

AMYNTAS ab Herodoto celebratus.

ALEXANDER Dives legatos Perſicos vivo adhuc patre occidit in convivio. Herod. — Gygæa Bubari Perſæ nupta. — Menelaus Alexandri frater.

Eurydice prior uxor Amyntæ. — AMYNTAS II per ordinem ſucceſſionis rex factus, inquit Iuſtinus. — Gygæa poſterior uxor.

Euryone inſidias matris patri detexit. — ALEXANDER inſidijs matris perijt. — PERDICCAS inſidiis matris quoque appetitus. — PHILIPPVS bis obſes à fratre Alexandro datus, rex ingenio & rebus geſtis clariſſimus, in ipſa apparatu belli Aſiatici à Pauſania nobili juvene trucidatus. — Archelaus. — Andæus. — Menelaus.

Filius ἀνώνυμος; cui tutor fuit Philipp' patruus.

ALEXANDER Magnus natus ex Olympiade, regum maximus. — Cleopatra ex eadem Olympiade nata, nupta Alexandro Epirotæ. — ARIDAEVS nothus, ex ſaltatrice Lariſſæa: rex poſt Alexandrum factus. — Caranus natus ex Cleopatrâ Macedonicâ, ab Olympiade novercâ cum matre crudeli morte peremptus.

Hercules ex Barſine. — Alexander poſtumus ex Roxane Perſica.

Perdiccæ II poſteritas cum ipſo Perdiccâ, & cum Aëropo ejuſque liberis, à Iuſtino, brevitatis, ut opinor, gratiâ, tota eſt omiſſa. Reliqua & ante, & poſt Alexandrum M. eadem ferè apud illum, quæ apud alios. Quæ omnia oſtendunt, univerſam domum Amyntæ II, quæ reb. geſtis gloria in Alexandro mirum in modum effulſit, furialib. parricidiis in ſe verſam ſemet confeciſſe ac devoraſſe, ut penè reliquiarum nihil ſuperfuerit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

REGES MACED. POST TEMENIDAS.

- **Iolaus** Macedo obſcuri nominis.
  - **ANTIPATER** rector Macedoniæ & Græciæ abſente in Aſia Alexandro M.
    - *Theſſalonica filia Philippi, ex concubina, ſoror Alexandri M. nupta Caſſandro.* — **CASSANDER** Macedoniæ rex poſt Arideum, Olympiada Alexandri matrem, & ejuſdem liberos occidit.
      - *Philippus in Macedonia patri ſuccedens mox periit.*
      - **ANTIPATER** rex Macedoniæ cum fratre Alexandro matrē occidit: gener Lyſimachi per Eurydicen ejuſce filiam: à ſocero demùm occiſus.
      - **ALEXANDER** in ultionem necis maternæ cōtra fratrem evocavit Pyrrhum & Demetrium, dolo à Demetrio interemptus.
    - **Iolaus**
    - **Pliſtarchus.**
    - **Nicanor** ab Olympiade occiſus.
    - **PHILA** poſt Craterū nupta DEMETRIO Poliorcetæ, maritorum amantiſſima.
      - **ANTIGONUS** Macedoniæ rex, Gonatas dictus.
        - **DEMETRIUS** II Macedoniæ rex.
    - **Eurydice** nupta Ptolemæo Lagi regi Ægypti.
    - **Nicea** nupta Lyſimacho.
    - **Agathon** obſes à Caſſandro datus Antigono.
  - **Caſſander.**
    - **Antigone.**
      - *Philippus Macedo, prior maritus.* — **Berenice** bis nupta. — *Ptolemæo Lagi regi Ægypti.*
        - *Magas rex Cyrenarum.* (from Philippus)
        - *Antigona Pyrrho Epirotæ nupta.* (from Philippus)
          - *Ptolemæus Epirota Pyrrhi filius.*
        - *Ptolemæus Philadelphus rex Ægypti.* (from Ptolemæus Lagi)

FAMILIA LYSIMACHI.

- **Agatocles** Pellæus Macedo.
  - **LYSIMACHUS** clarus inter duces & ſucceſſores Alexandri M. Macedoniæ rex poſt Pyrrhum.
    - *Lyſandra filia Ptolemæi Lagida regis Ægypti, ex Eurydice [illegible] … Seleucum Syriæ regem.* — **Agathocles** nat' ex Mecrida Thraciſſa, patri contra Getas & Demetrium militavit: everſus ab Arſinoē noverca, eodemque conjugis ſuæ ſorore.
      - Filij cum matre & avunculis ad Seleucum confugerunt ad eum cum Ptolemæo contra Lyſimachum, cum Arſinoes nequitia conniventem, concitandum.
    - **Alexander** ex eadem matre natus fugiens crudelitatem patris venit ad Seleucum Nicatorē Syriæ regem.
    - **Arſinoē** nupta Ptolemæo Philadelpho, inſidiatrix vitæ mariti, relegata ab eodem, nata ex eadē matre Thraciſſa.
    - **Eurydice** nata ex Nicea filia Antipatri, nupta Antipatro fratris ſui Caſſandri filio: à patre poſt occiſum maritum in cuſtodiam data.
    - **Ptolemæus** ex Arſinoē filia Ptolemæi Lagi natus.
    - **Lyſimachus** ex eadem matre Arſinoē Ægyptiacâ natus
    - **Philippus** & hic quoq; ex eadem Arſinoes fili'.
      - *Hos tres fratres* PTOLEMÆUS CERAUNUS *avunculus pariter & vitricus crudeliter contra datam fidem in gremio matris interfecit, atque matri ſorori ſuæ rependit, quod illa in [illegible] privignum innocentem conjecerat.*
  - **Philippus** ſub Alexandro M. militavit in India.

VLTIMI REGES MACED. EX ANTIGONO DESCENDENTES.

Philippus nobilis Macedo ex Temenidis.

Demetrius Antigoni frater: eidem carus.

Antigonus primus ex ſucceſſorib. Alexandri M. ſeſe cum filio Demetrio regem nuncupavit.

Stratonice Corrhæi filia, ex qua Antigono nati.

Ptolemæus obſes patris apud Eumonem: dein multa ſub patruo geſsit: tandem ad Caſſandrum, poſtea ad Ptolemæum Ægypti defecit.

Dioſcorides claſsis præfectus ſub patruo.

Philippus natu minor poſt res bene geſtas in Phœnicia deceſſit.

DEMETRIVS πολιορκητὴς Maced. rex poſt Caſſandri filios: cujus vitam Plutarchus deſcripſit.

Phila Antipatri filia, fœmina ... Craterum ... nupta.

Alexander ex Deidamia Pyrrhi Epirotæ ſorore natus in Ægypto vixit.

Demetrius tenuis ex matre Illyriâ.

Demetrius alter ex Ptolemaide, Cyrenem vocatus ad regnum, ibidē occiditur.

ANTIGONVS Γονατᾶς Macedoniæ rex factus, cum diu regnum id poſt patrem inde dejectum fluctuaſſet.

Stratonice nupta Seleuco Nicanori Syriæ & ... regi, ... filio ... de Antiocho Sotere ...

Phthia filia Alexandri, neptis Pyrrhi regis Epiri, à morte Demetrii Antigono II nupta.

DEMETRIVS II ex juſto matrimonio natus, Maced. rex.

Alcyoneus nothus Pyrrhi interempti caput ad patrem ... dicitur ... tandem cæſus.

PHILIPPVS III Maced. rex natus ex Phthia Epirotica Pyrrhi ex filio nepte, puer a patre moriente relictus. Antigono ſucceſsit.

ANTIGONVS II ... & εὐεργέτης dictus, ex tutore Philippi patruelis, cui eidem & vitricus erat. Macedoniæ rex deſignatus, princeps optimus.

Echecrates ...

PERSEVS ſuppoſititius, ut vulgo creditum, fratrem calumniis ſuis perpetuis apud patrem evertit: ipſe regum Macedoniæ ultimus à Romanis everſus.

Demetrius præſtantiſsimę indolis juvenis legitimè natus, obſes patris apud Romanos, ab ipſo patre calumniis Perſei circumvento innocēs interfectus.

Philippus cum patre in carcere Romano mortuus.

Alexander literas Latinas edoctus ſcriba magiſtratuum Romæ.

PTOLEMAEI LAGIDAE REGES AEGYPTI.

Antipater Maced. rector.

Lagus Macedo equitum præfectus ſub Philippo, obſcuræ originis. — Arſinoë à Philippo rege amata.

Caſſander Maced. rex.

Eurydice prior uxor Ptolemæi. — PTOLEMÆVS Lagi F. primus ejus nominis Ægypti rex. — Beronice poſterior uxor nupta antè Philippo cuidam Macedoni, neptis Caſſandri, cui frater fuit Antipatri.

PTOLEMAEVS Κεραυνὸς occiſo Seleuco Nicanore, occupatâ Macedoniâ, occiſis per ſummũ ſcelus Arſinoes ſororis filijs pugnans cum Gallis occubuit.

Ptolemais nupta Demetrio Poliorcetæ.

Lyſandra nupta Agathocli filio Lyſimachi.

PTOLEMAEVS Φιλάδελφος patri in Ægypto ſucceſſit, eruditorum cultor præcipuus, cui nati ex Arſinoe Lyſimachi filia.

Argæus inſidiarũ paratarũ reus à fratre occiſus.

Arſinoë Agathoclem ſororis filium privignum interemit. Poſt Lyſimachũ fratri Ptol. Ceraũno, demum alteri fratri Philadelpho nupſit. — *Lyſimachus rex Thraciæ, à Seleuco in acie interemptus.*

Agathocles fraude ſceleratâ novercæ Arſinoes periit.

Arſinoë uxor Ptol. Philadelphi inſidiatrix vitæ mariti ab eodem interempta.

PTOLEMAEVS Εὐεργέτης uſus præceptore Ariſtarcho ob occiſam ſororem Beronicen Syriam afflixit, Aratum Sicyonium pecunia juvit, à filio interfectus.

Lyſimachus periit fraude Soſibij curatoris Ptol. Philopatoris.

Beronice nupta Antiocho Θεῷ Syriæ regi, necata à privigno Seleuco Callinico.

ANTIOCHVS *M.* *Syriæ rex.*

PTOLEMAEVS Φιλοπάτωρ, καὶ Τρύφων patre ac matre interfectis regnavit: cum Antiocho M. bellum geſſit: poſt victoriam voluptatib. ſe dedidit. — Arſinoë ſoror & uxor, quam Eurydicen Iuſtinus nuncupat, fraude pellicis Agathocleæ occiſa.

Magas ex Beronice natus à fratre Philopatore cum alijs fratrib. necatus.

Seleucus.

Antiochus Ἐπιφανής.

Cleopatra nupſit ſub Ptolemæo patrem pacavit, mortuoque, veluti in dotem attulit Cœleſyriã, Phœnicem, Iudæã, quas parens antè occuparat. — PTOLEMAEVS Ἐπιφανὴς, quinquennis à patre relictus, à Romanis defenſus contra Antiochum M. Syriæ & Philippum Macedoniæ reges. Antiocho per nuptias filiæ reconciliatus.

Demetrius Soter.

PTOLEMAEVS Φιλομήτωρ prior ſororis maritus, contra avunculi Antiochi Epiph. conſilia ſervatus à Romanis in Syria victor ex vulnere obijt. — Cleopatra utriuſque fratri ſuo nupta multa à Phyſcone perpeſſa. — PTOLEMAEVS Εὐεργέτης καὶ Φύσκων, primum Cyrenarum, dein poſt fratris mortem Ægypti quoque rex, ventricoſus, regum hujus familiæ longè turpiſſimus & crudeliſſimus. — Cleopatra altera Phyſconis uxor, ſorore ejuſdem & fratre Philometore nata: matris viventis pellex, demum à filio Ptol. Alexandro necata.

Demetrius Nicanor.

Antiochus Sedetes. — CLEOPATRA major nupta tribus Syriæ regib. Alexandro Epiphani, Demetrio Nicanori, Antiocho Sedetæ.

CLEOPATRA minor nupta Phyſconi patruo, matris pellex fœmina nequam.

Filius ἀνώνυμος in complexu matris in ipſis nuptijs à patruo & vitrico Phyſcone jugulatus.

Memphites puer crudeliter occiſus à patre in Cypro, & membra conciſi ad matrẽ tranſmiſſa.

PTOLEMAEVS Ἀπίων ex Irene concubinâ, Cyrenarum rex.

PTOLEMAEVS Λάθουρος Ægypti rex à matre evectus, & regno rurſus dejectus, & à morte matris ac Alexandri fratris in regnum reverſus. — Seleuce ſoror & uxor Lathyri, & huic erepta à matre elocata Ant. Grypho Syriæ regi, poſt mortem Gryphi nx.

Cleopatra uxor Ant. Cyziceni, à ſorore Gryphinâ necata: nupta ante fratri Lathyro.

PTOLEMAEVS Alexander, æmulus fratris Lathyri, vanè lactatus ambitione matris.

Gryphina nupta Antiocho Grypho, in ultionem Cleopatræ à Cyziceno occiſa.

Seleucus.

Antiochus Gryphus.

Antiochus Cyzicenus.

Antiochus ex Alexandro alumnus Tryphonis.

PTOLEMAEVS Αὐλητὴς rex Ægypti ob exactiones à populo pulſus, à Romanis in regnum reductus.

PTOLEMAEVS Cypri rex, cujus res omnes lege Clodiâ in ærariũ Rom. ſunt redactæ.

Beronice æneâ ſtatuâ honorata ab Athenienſib.

Alexander à L. Sylla ad regnum promotus, à populo die decimo nono regni in gymnaſio occiſus.

Demetrius Eukairos.

Seleucus.

Antiochus Euſebes.

Antiochus qui & Philippus Aſiaticus dictus: à Pompeio ejectus.

PTOLEMAEVS Διόνυσος rex Ægypti ex teſtamẽto patris, dũ bellum gerit contra C. Cæſarẽ, in Nilo periit, maritus primus Cleopatræ ſororis.

PTOLEMAEVS junior ſecund. Cleopatræ ſororis maritus & rex ex voluntate Cæſaris victoris: ab Antonio rivali inſtigante Cleopatrâ Epheſi præemptus.

Beronice è liberis natu maxima pulſo patre regina à populo deſignata, nupta primum Seleuco cuidam ex Syriâ, deinde eo repudiato, Archelao filio Archelai Mithridati militantis contra Romanos.

CLEOPATRA Ἴσις ἢ Σελήνη nupta duob. fratrib. Ptolemæis: amaſia C. Cæſaris & M. Antonij, ex quibus hi liberi.

Arſinoë nupta fratri Ptolemæo juniori ante Cleopatram, Cæſari & ſorori infenſa, occiſa Mileti ab Antonio.

Ptolemæus Cæſario, ex C. Cæſare, rex Ægypti à Triumviris appellatus, ablegatus à matre in Indiã: unde reverſus cum matre periit.

Alexander Ἥλιος ex Antonio, in triumpho ab Auguſto Cæſare ductus.

Cleopatra Σελήνη ex Antonio nupta IVBAE II Numidiæ & Maurit. regi.

Ptolemæus ex Antonio Syriã, Phœniciã, Ciliciã à patre donatus, cum fratre in triumpho ab Auguſto ductus.

Ptolemæus Numidiæ rex, à C. Caligula Rom. vocatus & necatus eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SELEVCIDAE REGES SYRIAE ET ORIENTIS.

Antiochus Macedo militiæ præfectus ſub Philippo Amyntæ filio. — *Laodice uxor Antiochi.*

Apame ſoror Barſines, quæ Alexandro M. pepererat Herculem fil. nupta Seleuco. — **SELEVCVS** Νικάτωρ Syriæ & Orientis rex omnib. cæteris Alexandri M. ſucceſſoribus ſuperſtes, multarum illuſtrium urbium conditor. — *Stratonice Demetrij filia, Antigoni nepte, quam ſibi nuptam Seleucus ceſſit filio Antiocho eandem deperienti.*

ANTIOCHVS Σωτήρ, cui pater conjugem ſuam Stratonicen conceſſit, patri ſucceſsit. — *Stratonice Demetrio nata, Antiochi noverca & uxor.*

Laodice ob ſuperinductam ſibi Beronicen maritum Antiochum veneno necavit. — **ANTIOCHVS** Θεός longo bello conflictatus cum Ptolemæo Philadelpho Ægypti rege.

Apame nupta Magæ regi Cyrenarum, pellex filiæ. — *Magas rex Cyrenarum.*

Beronice nupta Demetrio Poliorcetæ filio. — *Demetrius cum ſocru conſueſcens ab uxore eſt occiſus.*

SELEVCVS Καλλίνικος interemptâ novercâ bellum ſibi attraxit ab ipſius fratre Ptolemæo Evergete Ægypti rege: cum fratre de regno dimicavit, captus à Parthis deficientib. & in regnum remiſſus.

Stratonice nupta Ariarathi IIII Capp. regi.

ANTIOCHVS Ἱέραξ Aſiam ſortitus, eâq; non contentus cũ fratre de regno armis certavit ſuo auxilio Gallorum.

SELEVCVS Κέραυνος patri ſucceſsit, infeliciter bellum geſsit contra Attalum II Pergami regem, à ſuis tandem interemptus.

Filia nupta Mithridati V Ponti regi, Φιλοπάτορος.

Filia altera nupta Demetrio II Maced. regi.

ANTIOCHVS Magnus multa & gravia bella geſſit præci, ut contra Achæū, Parthos, Ægyptios, Romanos, à quib. duce L. Scipione victus ad Magneſiam & magna Aſiæ parte mulctatus. Cui uxor 1 Laodice Pontica, 2 Eubia Chalcidenſis.

Antipater rex geſſit ſub patruo contra Ægyptios, & Romanos, pacis internuncius ad utroſq;.

SELEVCVS Σωτὴρ καὶ Φιλοπάτωρ per Heliodorum templum Hieroſol. ſpoliare conatus moritur ingloriius.

Antioch⁹ natus ſororis Laodices ex voluntate patris, à patre necatus.

Laodice nupta Antiocho fratri.

Mithridates militavit ſub patre contra Romanos.

Ardis cum Mithridate Sardes præmiſſus contra Romanos.

Demetrius obſes Romæ cum fratre Antiocho Epiphane.

ANTIOCHVS Ἐπιφανὴς καὶ Ἐπιμανής, Ægyptum invaſit, Iudæam afflixit: fœdo morbo periit.

Cleopatra nupta Ptol. Epiphani, mater Philometoris, & Phyſconis.

Antiochis nupta Ariarathi V regi Cappad.

DEMETRIVS Σωτὴρ everſo Antiocho Eupatore patrueli ſuo ſucceſsit: Iudam Maccabæum per duces Nicanorem & Bacchidem oppugnavit: ab Alexandro Epiphane everſus.

Filia nupta Perſeo ultimo Macedoniæ regi.

ANTIOCHVS Εὐπάτωρ patri ſucceſsit puer ſub tutelâ Lyſiæ Iudam Maccab. bello petijt, à patruele Demetrio regno exutus.

ALEXANDER Ἐπιφανὴς nothus aut ſuppoſititi⁹ Demetrium Soterem occidit, Ionathæ Aſmonæo & Iudæis amicus.

DEMETRIVS Νικάτωρ Alexandro ejecto rex, Ionathæ Aſmonæo & Iudæis primum hoſtis, dein amicus, gener Ptol. Philometoris à Parthis captus, & poſt aliquot annos contra fratrem in regnum remiſſus, demum ab Alexandro Zebenna peremptus. — Cleopatra Ptol. Philometoris filia duob. fratrib. nupta. — **ANTIOCHVS** Σιδήτης Tryphone regni occupatore ejecto rex factus, apud Parthos captivo, æquus erga Iudæos, tandem Phraate Parthico, cui bellum inferebat, in acie cæſus.

Antiochus Θεός à Tryphone excitatus contra Demetrium Nicanorē nomen regium tenuit annis 3, fraude Tryphonis e medio ſublatus.

Ptolemæus Φύσκων rex Ægypti turpiſſimus, frater & ſucceſſor Ptol. Philometoris.

SELEVCVS à matre necatus ob coronam injuſſu ipſi⁹ ſumptam.

ANTIOCHVS Γρυπὸς occiſo Alexandro Zebennâ regno potitus matrem venenum ſibi ab eâ paratum bibere coëgit. Cum fratre uterino Ant. Cyziceno regni æmulo longum bellum geſsit: cui nati ex Gryphinâ, Seleuce, Cleopatrâ ſororib. germanis, Ptol. Phyſconis filiabus.

ANTIOCHVS Cyzicen⁹ inſidijs à fratre Ant. Grypho petitus perpetuum cum eo bellum geſsit: demum à filio ejus Seleuco interfectus. — *Cleopatra nupta Ant. Cyziceno à ſorore Gryphina necata.*

Gryphina uxor Antiochi Gryphi, occiſa à Cyziceno.

Seleuce nupta fratri Ptol. Lathyro, & poſt cum Ant. Grypho Syriæ regi.

Ptol. Lathyrus rex Ægypti, pulſus à matre Cleopatra, reſtitutus à Romanis.

Ptol. Alexander ...

SELEVCVS Cyzicenum patruum interfecit: Ipſe viciſsim à filio ejus Antiocho Euſebe interfectus.

Antiochus patruelem Ant. Euſebem regno exuit.

DEMETRIVS Εὔκαιρος rex cõtra Ant. Euſebem à Parthis capt⁹ & abductus.

PHILIPPVS Demetrij fratris æmulus, à Gabinio captus.

ANTIOCHVS Διόνυσος rex, ab Areta Arabe occiſus.

ANTIOCHVS Εὐσεβὴς regnum eripit Seleuco patrueli, eodem privatus à fratre ejus Antiocho: reverſus in regnum ejicitur à Tigrane Armenio.

ANTIOCHVS Aſiaticus regno reſtitutus à L. Lucullo, ejectus poſt annū à Pompeio, ultimus Seleucidarū.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

REGES EPIRI PYRRHIDÆ EX ACHILLE DESCENDENTES.

- **Alcon** XIII à Pyrrho Achillis filio.
  - **ADMETVS** Moloſſorum rex, ad quem cõfugit Themiſtocles. — *Phthia.*
    - **THARYMBAS**, quem alii Tharritam, alii Tharipum nominant.
      - **ALCETAS** pulſus à populo, ope Dionyſii Syracuſani in regnum reductus.
        - **NEOPTOLEMVS** cum fratre Arybba regnum diviſit.
          - **ALEXANDER I** Moloſſus, in Italia periit, quò erat evocatus à Tarentinis. — Cleo. patra ſo ror ger- mana Alexā- dri Mag ni Ma- cedonū.
          - **NEOPTOLEMVS** fratri ſuccedens, Pyrrhi æmulus, ob inſidias in caput ejus paratas ab eodem in convivio ſacro interemptus.
          - **OLYMPIAS** nupta Philippo Maced. mater Alexādri M.
            - *ALEXANDER Magnus.*
          - **Arybbas** ex ſocio hoſtis Atheniēſium, Macedonib. junct[9].
          - **Troas** nupta patruo ſuo Arybbæ, avia Pyrrhi R.
          - **Cadmia** obſcura.
        - **ARYBBAS** ad regni diviſionem fratrem adegit: tutor liberorum fratris. — *Troas.*
          - **Alcetas II** ferocis ingenii, hoſtis Caſſandri, à tumultuante populo occiſus.
            - **Alexander** cū Teucro ſub patre militavit.
            - **Teucer** ſoci[9] militię fraternæ.
            - **Eſion** cū patre & Niſo fratre à populo occiſ[9].
            - **Niſus.**
          - **ÆACIDES** per ſeditionem regno ejectus. — **Phthia** *Menonis Theſſali filia.*
            - **PYRRHVS** Epiri rex totius familiæ claiſſimus.
              - **Ptolemæus** pugnãs pro patre occubuit ad Spartã, bellator fortiſsimus.
              - **ALEXANDER**, maritus ſororis Olympiadis variâ fortunâ jactatus. — **Olympias** nupta fratri Alexandro, & eidē ſuperſtes, liberorum ſuorum nutrix.
                - **PTOLEMAEVS.**
                  - **PYRRHVS**, quem Ptolemæi fratrem ſtatuit Iuſtinus, perperàm.
                    - **Deidamia** ἄπαις populo libertatem reddidit, ut vult Pauſanias.
                - **Phthia** nuptã Demetrio II Maced. regi, mater Philippi regis penultimi.
              - **Nereis** nupta Geloni Syracuſano, Hieronis II filio.
              - **Helenus** captus ab Antigono, & dimiſſus.
            - **Deidamia** nupta Demetrio Poliorcetę.
            - **Troas**

REGES PERGAMENI.

Philetærus Paphlago obſcurus ex plebe: cui conjux tibicina.

PHILETAERVS Eunuchus, occupator Pergami contra Lyſimachum, qui eum ibidem theſauris præfecerat.

Eumenes obſcurus.

Attalus clarus ſub fratre Philetæro, familiaris Achæo, cujus factus eſt gener.

Antiochis nupta Attalo, filia Achæi in Aſiâ potentis, ut vult Strabo.

EVMENES I hæres patrui Philetæri, fortunam augens per diſſidia fratrum regum Syriæ: manſit ſine regio nomine: præfuit rebus per annos 22.

ATTALVS I rex Pergami & partis Aſiæ: ſucceſſit Eumeni patrueli: ſocius Rom. contra Philippum Macedon. regem, princeps eruditus & ſplendidus, à quo veſtes Attalicæ nomen invenêre. Nati huic ex Apolloniade Cyzicenâ plebeiâ.

Concubina [illegible] *citharœdi Ephesii filia.*

EVMENES II rex, ſucceſſor patris: regnavit annos 49, cõſtantiſſimus amicus & ſocius Romanorum contra Antiochum M. & Perſea regẽ Maced.

STRATONICE utriq; fratri nupta, filia Ariarathis V regis Cappadociæ.

ATTALVS II Philadelphus rex aut tutor Attali III, cujus inſidiis periit anno ætatis 82, regni 21, ἄπαις.

Philetærus cum fratre Eumene cõjunctiſſimus.

Athen[illegible] & ipſe fratri[illegible] fidiſſimus & cariſſimus.

ARISTONICVS occupator Aſiæ cõtra Romanos.

ATTALVS III Philometor, ob dubiam originem à patre poſtpoſitus Attalo II, ſed ab hoc hæres inſtitutus, moriens populum Rom. heredem reliquit, cum regnaſſet annos 5, ingenii verè degeneris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

1 ZIPOETES Thrax diſſidentib. inter ſe ſucceſſorib. Alexandri M. Bithyniam occupavit, à Lyſimacho in arctum redactus.

Ditizele Phryx ex muſica nuptiis regi marita. — 2 NICOMEDES I cognomento Magnus, Bithyniæ rex.

Zipœtes cum fratre & fratris filio de regno contendit.

3 ZIELA rex patri ſucceſſit, dum inſidias tendit Galatarum principibus, ipſe eſt interemptus.

4 PRVSIAS rex Κυνηγὸς dictus, Philippi Maced. regis gener per ſecundam conjugem, libertum populi Rom. ſe profeſſus; Annibalis hoſpes, hoſtis regum Pergamenorum, à filio Nicomede tandem, cui necem parabat, occiſus.

Lyſandra.

5 NICOMEDES II Ἐπιφανὴς rex, ex priore conjuge Pruſiæ Apame Threiſſâ natus, talionem paſſus à filio interemptus, quemadmodum ipſe patrem interemerat.

Pruſias μονόδους ex eadem matre Apame.

6 NICOMEDES III Φιλοπάτωρ regno ejectus, à Romanis reſtitutus eſt, Mithridatis Εὐπάτορος hoſtis, ejuſdemque ſororius.

Socrates χρηστὸς fratrē auxilio Mithridatis regno ejicit, ab eodem poſtea occiſus.

7 NICOMEDES IIII cliens populi Rom. amaſius C. Cæſaris, populū Rom. moriens hæredem reliquit.

PYLÆMENES rex Paphlagoniæ a patre occupatore creatus.

Nicomedes C. Cæſari carus.

Nuſa rex à patre appellatur, ſed teſtamento ejus regno excluſus.

Filia ἀνώνυμος à C. Cæſare in ſenatu defenſa, ob quam defenſionē Cæſar fuit irriſus.

Cambyſes Perſa.

Atoſſa nupta Pharnaci. — CYRUS Perſ. rex.

PHARNACES prim' Cappad. rex, quem Xenophon Aribæum videtur nominare. — *Atoſſa*

PARDAGAMUS. Vide Diodori l. 31.

SMERDIS Capp. rex tertius.

ATAMNAS, Cteſiæ Ariaramnes, Dario Hyſtaſpis σύγχρονος.

ANAPHAS I.

ANAPHAS II.

Datames bello fortis contra Perſas pugnans occubuit. — Arimnæus.

ARIAMNES I regnaſſe traditur annos 50. — Datames, quem plerique confundunt cum Camiſſaris Caris filio, cujus vitam deſcripſit Æmilius Probus.

ARIARATHES I Ocho Perſ. regi σύγχρονος eidemque ob virtutem carus. — OLOPHERNES fratri ſucceſsit.

ARIARATHES II ſucceſsit Olopherni patruo, σύγχρονος Alexandro M. ob rebellionem ab Eumene & Perdiccâ everſus & in crucē actus. — Aryſas.

ARIARATHES III exul in Armenia per diſcordiam Macedonum regnum paternū recuperavit.

Filia ἀνώνυμος — ARIAMNES II in ſocietatem regni filium adhuc puerum recepit, rex potens, generum ſuū Antiochū Ἱέρακα profugum hoſpitio excepit. — Filii duo ἀνώνυμοι & obſcuri. — *Antiochus Θεὸς Syriæ rex.*

Filia nupta Antiocho Ἱέρακι Syriæ regi. — ARIARATHES IIII adhuc puer à patre in ſocietatē regni receptus, gener Antiochi Θεοῦ Syriæ regis. — *Stratonice.* — *Seleucus Callinicus.* — *Antiochus ἱέραξ.*

Seleucus III. — *Antiochus Magnus.*

ARIARATHES V gener Antiochi Magni, primùm hoſtis propter ſocerum, dein ſocius Romanorum. — *Antiochis nupta Ariarathi V.* — *Seleucus IIII.* — *Antiochus Epiphanes.*

Ariarathes, Olophernes mariti ſuppoſiti ab Antiochide pro filiis diu habiti.

MITHRIDATES cognomine Ariarathes fidus Romanorum ſocius literarum & literatorum amans. — Stratonice nupta Eumeni II regi Pergameno.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

MITHRIDATES M. Ευπάτωρ *Ponti rex, hoſtis Romanorum.*

Laodice ſoror Mithridatis M. Ponti regis, nupta Ariarathi VI.

ARIARATHES VI ſolus ſævitiæ matris Laodices ſuperites à Mithridate M. Ponti rege affine ſuo necatus.

Filii quinque ἀνώνυμοι omnes à matre Laodice, fœminâ ambitioſâ & crudeli, interempti.

ARIARATHES VII patri ſurrogatus ab avunculo Mithridate: dein ſceleratâ fraude ab eodem in conſpectu duorum exercituum trucidatus.

ARIARATHES VIII poſt fratrem ad regnum vocatus ab eodē avunculo everſus, regum hujus ſtirpis ultimus.

ARIOBARZANES Cappadox poſt Ariarathem VIII ſuffragiis populi rex Cappadociæ deſignatus, & à Romanis confirmatus, inſtinctu Mithridatis à Tigrane Armeniæ rege oppugnatus, variâ fortunâ jactatus.

ARIOBARZANES II à patre regnum deponente rex deſignatus præſente Pompejo: cujus partes ſecutus bello civili victori Cæſari fuit reconciliatus: denùm ab equitib. C. Caſſii occiſus.

ARIARATHES Φιλάδ. fratri ſucceſsit: Archelaum æmulum nactus judicio M. Antonii III-viri regno & vitâ exutus.

O

Neoptolemus Cappadox Mithridati militans contra Romanos, frater Archelai.

Archelaus Cappadox auſpiciis Mithridatis belli dux contra Romanos: poſtea Romanas partes contra eundem Mithridatem ſecutus.

... *Ægypti.*

Ptolemæus Διόνυσος.

Cleopatra Cæſaris et Antonii amaſia.

Beronice regina Ægypti à fuga patris, nupta Archelao.

Archelaus magnus ſacerdos Comanorum in Ponto conſtitutus à Pompejo: gener Ptolemæi Auletæ ductâ ejus filia Beronice, per quam rex Ægypti factus poſt ſoceri fugam, ſed vix ſex menſ. regno potitus à Gabinio prælio victus periit.

Diogenes comes expeditionum patris in Græcia bello Mithridatico contra Romanos, ad Orchomenum occubuit.

Archelaus ſacerdos Comanorum in Ponto, ſacerdotio cedere juſſus à Cæſare.

Glaphyra *ſcortum nobile, cujus concubitu uſum M. Antonium diſcimus ex Martiale.*

... *ἀνώνυμος.*

ARCHELAVS rex Cappadociæ beneficio Antonii III-viri, quo cum mater conſueſcere putabatur: æmulus Ariarathis Philadelphi Ariobarzane nati; poſt mortem Antonii Auguſto reconciliatus, & ab eo Armenia minore & parte Ciliciæ donatus: à Tiberio demùm Romam vocatus, & judicio ſenatus traditus.

uxor altera ἄπαις.

Glaphyra ter nupta, 1 Alexandro Herodis M. Iudææ regis filio: 2 Iubæ Numidiæ regi: 3 Archelao primi mariti fratri; fœmina faſtuoſa ſuperbaque.

REGES PONTI.

ARTABAZES Achæmenides primus Ponti rex.

RHODOBATES rex Pon- ſub Dario Notho.

MITHRIDATES I ſocius Cyri iunioris contra Artaxerxem Μνήμονα.

ARIOBARZANES coævus Artaxerxis Mnemonis, occiſus à filio.

MITHRIDATES II parricida, κτίστης tempore Ochi, & Darij ultimi, ſocius Alexandri Magni, & Antigoni.

MITHRIDATES III Cappadociam ac Paphlagoniam occupat.

MITHRIDATES IIII.

PHARNACES I

MITHRIDATES V bellum movit contra Synopenſes.

PHARNACES II Sinopenſes ſubegit.

Laodice maior nupta ANTIOCHO M. Syriæ regi.

Laodice minor nupta Achæo Aſiæ regi contra Antiochum M.

MITHRIDATES VI Εὐεργέτης ſocius & amicus populi Rom. contra Ariſtonicum, fraude ſuorum Sinope occiſus.

MITHRIDATES VII Magnus, Ευπάτωρ & Διονύσος totius familiæ clariſſimus, populi Rom. hoſtis per annos 46, πολύμαχος. — LAODICE ſoror & uxor Mithridatis.

Filius ἀνώνυμος à fratre occiſus.

Laodice junior bis nupta, 1 ARIARATHI VI Cappad. regi, 2 NICOMEDI Bithyno.

Roxane cum Statira venenū bibere à patre coacta.

Statira idem cū ſorore paſſa.

Nyſſa venit in poteſtatem Luculli.

Xiphares ex Stratonice cōcubina, à patre necatus inſpectante matre.

Drepetine ex Laodice ſorore nata.

Ariarathes veneno à patre ex invidia necatus.

MITHRIDATES rex Colchidis, à patre occiſus.

PHARNACES Ponti rex poſt patrē, vict⁹ à C. Cæſare, à genero Aſſandro interfectus.

MACHARES rex Boſpori, patre offenſo ſemet interemit.

Cleopatra maior TIGRANI Armenio nupta.

Cleopatra minor patri percara.

Filij ſex.

Filiæ tres.

DARIVS regnum Ponti recepit à M. Antonio III-viro poſt M. Brutū & C. Caſſium victos ad Philippos.

Dynamis nupta, 1 Aſandro, qui ſocero interfecto Ethnarcha Boſporanus ab Auguſto factus fuit, 2 Scribonio Romano, 3 Polemoni.

MITHRIDATES rex Boſpori deſignatus à Claudio imp. Poſt variante fortunâ captivus Romam adductus & Neroni reconciliatus à Galba imp. ob dicacitatem eſt occiſus.

COTYS à Caligulâ imp. Armeniâ, & Arabiæ parte donatus, fratris hoſtis, Agrippæ regi Iudææ amicus.

ARMENIAE MAIORIS REGES.

ARTAXIAS ab Antiocho M. Syriæ rege Armeniæ præfectus ab eo defecit regnumque ſibi in Armenia majore conſtituit, Romanorum amicus: ab Antiocho Epiphane victus & everſus.

Mithridates Εὐπάτωρ Ponti rex.

GVRAS frater Tigranis natu minor Niſibi regnat.

TIGRANES Magnus potens Armeniæ rex regnum multis partib. auxit. Parthis & Syris victis, ipſe à L. Lucullo bis magnâ clade affectus fractuſque, à Pompejo in ordinem redactus.

Pharnaces Ponti rex poſt patrem.

Cleopatra Tigrani Armenio nupta.

Zoſime altera uxor in triumpho ducta à Pompejo.

Tigranes in patrem impius, à Pompeio in vincula conjectus ac Romam ductus in triumpho.

Filius alter ἀνώνυμος ob rebellionem à patre in prælio interemptus.

Filius tertius à patre quoque interfectus.

Sariaſter extremè impius in patrem: gener PHRAATIS II Parthorum regis.

ARTVASDES I patri ſucceſsit: Craſſum contra Parthos ſecutus, ab Antonio III-viro fraude circumventus vinculis argenteis mancipatus abducitur in Ægyptum: princeps eruditus.

Filia ἀνώνυμος nupta Medorum regi.

Filia altera nupta PACORO Partho.

ARTAXIAS II ab Antonio patri ſurrogatus poſteaque ab eo pulſus, ex Parthiâ in regnum rediit.

TIGRANES II fratri ſucceſsit beneficio Cæſaris Auguſti, à Tiberio accuſantib. procerib. capitis damnatus.

Filia ἀνώνυμος nupta DEIOTARO II regi.

ARTVASDES II poſt interitum liberorum Tigranis II regnum patrium aliquandiu tenuit.

Filii Tigranis ἀνώνυμοι regnaverunt quidem poſt patrem, ſed diu ſuperſtites non fuerunt.

Reges Hiberiæ, quorum poſtremi etiam regnum majoris Armeniæ tenuerunt.

Artoces Hiberiæ rex victus, fugatus, obſeſſus à Pompeio, obſides pacis dare filios ſuos coactus.

Pharnabazus Hiberiæ rex victus à P. Canidio Antonii duce & ad ſocietatem belli contra regem Albaniæ compulſus.

Mithridates nomine ſolo memoratus à Dione lib. 58.

Pharasmanes patri in regno Hiberiæ ſucceſsit, fratrem expulit: eidem per Tiberium recõciliatus, & inſuper Armenia maiore beneficio ejuſdem cum fratre potitus, Arſacem Parthum per proprios ejus miniſtros trucidari curavit: fratrem ejus Orodem in prælio vulneratum pepulit. Filij ſui ferocitatem in fratrem Mithridatem vertit, eundemq; fratrem imperii cauſâ à filio ſinit occidi; demum metu Romanorum filium ipſum jubet interfici.

Mithridates Hiberiæ & Armeniæ [m]inoris cum fratre rex. Evocatus à Caligula habetur in cuſtodia uſq; ad initia Claudij imp. à quo benignè dimiſſus auxilio fratris Parthos Armenia expulit: à fratris filio Rhadamiſto nequiter circumventus miserè cum conjuge & liberis interimitur. Tacitus l. 12.

Rhadamistus juvenis ferox & ſævus uxore ductâ patrui filia Zenobia patris regnum ambit, patruum in Armenia ſcelerate interimit, Armeniamq; occupat, & conniventib. Romanis retinet: à Vologeſo Partho pulſus, & fuit ob crudelitatem inviſus, confugiens in Hiberiam patris juſſu occiditur, Tac.

Zenobia ferocis ingenij fœmina maritum profugum comitata, ab eoq; vulnerata ut ipſa petierat, ne in manus hoſtium veniret, mirabiliter ſervata ad Tiridatem Parthum perducta, ab eo culta regio habita. Tacitus l. 12.

Reges Comageni.

Pater ἀνώνυμος.

Antiochus I à Pompeio poſt debellatũ Tigranẽ ditionib. auctus, Pompeianas partes bello civili ſecutus, à Ventidio propter Parthos evocatos in urbe Samoſata diu obſeſſus, pace redemptâ demum poſt complures annos Romã evocatus ab Auguſto, ibiq; capite plexus.

Mithridates Antonij partes ſecutus contra Cæſarem Auguſtum, diſcors cum fratre.

Mithridates *alius Comagenæ rex deſignatus à Cæſare Auguſto.*

Filia ἀνώνυμος nupta **Orodi** Parthorum regi.

Antiochus II regno Comagenes recuperato obijt ſub Tiberio imp.

Antiochus III variâ fortunâ uſus ſub Caligulâ, Claudio, Nerone, Veſpaſiano impp. demùm regno exutus inglorius Romæ conſenuit.

Antiochus IIII Ἐπιφανὴς regnante adhuc patre pro Othone contra Vitellium pugnavit, auxilio miſſus Veſpaſiano bello Iudaico: ſponſam Druſillam Agrippâ maioris Iudææ regis filiam ob conditionem circumciſionis à ſe promiſſam repudiavit.

Callinicus, de quo fortiſſimè pugnante contra Ceſenium Pætum, & recipiente ſe ad Parthos vide Ioſephum de bello Iud. lib. 7. cap. 27.

Iotapa nupta Alexandro regi Leſidis in Cilicia. Ioſeph. l. 18. cap. 12. antiq. Iud.

DVCES CARTHAGINENSIVM.

Poſt Machæum & filium ejus Carthalonẽ fuit Carthaginenſium imp.

MAGO, qui imperium Carthaginenſ. valde auxit: de quo Iuſtinus l. 18. & 19.

ASDRVBAL imp. cum fratre contra Afros tributum non ſolventes bellum geſſit.

AMILCAR dux Carthag. cuius tempore legati Darij Hyſtaſpis regis Perſ. Carthaginem veniſſe traduntur. Iuſtin lib. 19.

ANNIBAL cum fratrib. contra Numidas & Mauros bella geſsit: 100 judices ex numero ſenatorum deſignarunt, qui rationes rerum geſtarum à ducib. exigerent & domi judiciis præſiderent.

ASDRVBAL conſors geſtorum & actorum Annibalis.

Sappho.

Hanno, cujus meminit Herodotus lib. 7.

Giſco.

AMILCO ſive HIMILCO patri in imperio ſucceſsit in Siciliã, & poſt aliquot felicia prælia exercitum peſte correptum amittit. Quo dolorẽ cũ domum rediſſet, ſibi mortem conſcivit.

AMILCAR imp. Carthag. declaratus Xerxi σύγχρονος, tempore GELONIS Syracuſani in Siciliam cum ingente exercitu veniens virtute ejuſdem GELONIS ad Himeram cum exercitu perijt. Herod. lib. 7. Diod. lib. 11.

Hanno, de quo Diod. lib. 13.

Giſco ob rem infeliciter à patre geſtam actus in exilium: Selinunte vitæ reliquum exegit.

ANNIBAL imp. bello contra Selinuntios pro Ægeſtanis Selinuntem expugnat & malè mulctat: Himeram capit, & in cives ſævit, triumphans domum redit, iterum in Siciliam contra Syracuſanos miſſus eos prælio navali ſuperat, Agrigentum obſidet, in qua obſidione peſte correptus, quæ in exercitu graſſabatur, perijt. Xenoph. Ἑλλην. l. 1.

HIMILCO Annibalis agnati ſui collega, & eo mortuo in imperio militari ſucceſſor Agrigentum obſidet, capit, exſcindit, Gelam quoq; occupat & diripit: victo Dionyſio cum triumpho Carthaginem redit. Bis rurſum in Siciliam contra Dionyſium miſſus magnis reb. geſtis tandem à fortuna deſertus reverſus domũ ſibi manus intulit. Xenoph. Ἑλλ. 1. Diod. 13. Polyen. 1.

AMILCAR in Sicilia reb. magnis geſtis incidit in crimẽ affectatæ tyrannidis accuſatuſq; vitâ & bonis mulctatus.

Giſco res geſsit primùm in Africa, deinde in Siciliâ contra Timoleontem: calũnijs oppreſſus exul, ſed in integrum reſtitutus, demùm cum Timoleonte paciſci coactus eſt non uti voluit, ſed uti potuit.

HANNO Magonis collega infelix dux contra Timoleonta. Diod. l. 16. Plutarch. in Timoleonte.

AMILCAR res geſsit contra Agathoclem Syracuſanum: dum oppugnat Syracuſas captus & tortus occiditur: caput ejus Agathocli mittitur in Africam.

Giſco obſcuræ famæ.

HANNO cum Bomilcare collega inimicitias exercens bello contra Agathoclem in prælio occubuit.

ANNIBAL ſenior dux bello Pun. 1 in Sicilia ob rem malè geſtam in Sardinia à popularib. cruci affixus

HANNO in Sicilia & Africa improſperè rem geſsit. In Sardinia deſertus à ſuis in crucem eſt actus.

ANNIBAL junior Romanos ad Lilybæum clade affecit: P. Claudij claſsem victam delevit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Familia Barchina nobilis apud Carthaginenſes.

Mago in Sicilia militiæ dux contra Dionyſiũ Syracuſ. ſub Himilcone ſummo imp. parum felix, tandem in acie ibidem cæſus. Diod. l. 14.

Mago imperator cum 150 navib. & 60 mill. hominum in Siciliam miſſus occupatis Syracuſis, arce ſolâ exceptâ, adventu Timoleontis territus diſceſsit, & domũ reverſus ob res improſperè geſtas ſibi manus intulit: corpus in crucem ſublatum, Plut. in Timol.

Annibal obſcuri nominis.

Aſdrubal imp. in Sicilia ætate maior fratre Amilcare, victus à L. Metello, amiſſo exercitu & Elephantis, demùm in Sardinia ex vulnere obijt imperio in fratrẽ tranſlato.

Amilcar cognomine Barcas bello Punico I oram Italiæ vaſtat. Res in Sicilia gerit, à Luctatio Catulo victus prælio navali ad Ægates inſ. finem bello illi imponit: dux belli contra Afros & Numidas: imperator in Hiſpania ſæpe victor prolato imperio tandem in bello occubuit.

Aſdrubal Amilcari ſocero in imperio ſucceſsit in Hiſpania, Fœdº ilic cũ Romanis pepigit, à Gallo ſervo occiſus ob dominum iniuſtè ſupplicio affectum. — *Filia* ἀνώνυμος *nupta Aſdrubali.*

Annibal clariſſimus imp. infeſtiſſimus Romanorum hoſtis, ſummus dux belli Punici II multis cladib. Romanos in Italia affecit: demùm virtute P. Scipionis fractus, & Carthagine fugiens venit ad Antiochum M. deniq; in Bithynia perijt morte ſpontaneâ.

Hanno equitum præfectus à Maſiniſſa circũventus periit.

Aſdrubal dux belli in Hiſpania: indè in Italiã veniens, ut ſe fratri iungeret, ad Metaurum fl. dimicãs occubuit.

Mago poſt victoriam Cannenſem Carthaginem miſſus ad referendum de reb. geſtis, dein belli dux in Hiſpania. Tandem in Inſubria dimicãs vulnus accepit, ex quo in Liguria obijt.

Filia nupta Narravaſo Numidæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Giſgo ingenii turbulenti & ſeditioſi, concitator populi ad violandos legatos Rom. Demum in vincula conjectus, manibus pedibuſq; truncatus, & totius corporis membris laceratis, adhuc ſpirans in ſcrobem conjicitur. Polyb. lib. 1. Livius lib. 48.

ASDRUBAL Pœnorum dux in Hiſpania perſequens reliquias exercitus Scipionum, à Marcio latè victus, rurſus à P. Scipione ſuperatus ac fractus Gades perfugit ad Syphacem, iterumque poſt recollectas vires victus fugatuſque. Ab Hannone falſò accuſatus cogitur ire in exilium, reverſuſque Carthaginem inſimulatus proditionis cum ad ſupplicium quæreretur, in ſepulchro patris, quo ſe abdiderat, veneno epoto obiit: unde corpus extractum malèque habitum. Livius l. 28. & 30. Apian. in Punicis. Socer fuit Maſiniſſæ Numidarum regis, uti & Syphacis, qui æmulus fuit Maſiniſſæ.

ASDRUBAL falſo [ac]cuſatus proditionis ab Aſdrubale altero affectante præfecturam ipſius [Nu]midiam, quaſi pernicioſa conſilia cum Guluſſa [Maſi]niſſæ fratre agitaret, in [tu]multu fragmentis ſubſel[lio]rum occiſus fervente bello Punico III: natus ex filia Maſiniſſæ. Appian. in Punicis.

SOPHONISBA deſponſata à patre Maſiniſſæ, eodemque patre volente nupſit Syphaci, cum quo capta in manus ſponſi prioris cum perveniſset, ejuſque in ſe amorem rurſus vertiſset indignante Scipione, paulò poſt veneno propinato necata eſt.

Hanno victus pugnâ equeſtri & captus pro matre Maſiniſſæ captivâ permutatur ac dimittitur. Livius tamen in acie cæſum exiſtimat, l. 29.

ASDRUBAL alterius Aſdrubalis frater Sophoniſbæ æmulus & everſor. Foris rem militarem curavit, revocatus ab exilio præcipuus dux bello Punico III, crudelis in captivos Romanos, & ob crudelitatem inviſus Senatui & populo, metui magis quam amari cupiens ac tyrannidem aſſectans, tandem dum capitur miſera Carthago, abjectè nimis Scipioni ſe dedidit, cum contra uxor virilis animi fœmina ſe vivam in flammas urbis ardentis præcipitavit vidente Scipione, filiis antè in conſpectu patris et Scipionis à ſe interemptis.

Præter hos alij fuêre complures Carthaginenſium duces illuſtres, quorum res à ſcriptorib. memoriæ ſunt mandata: ſed quorum ſeries genealogiæ contexi non poſſunt. Quorum in numero ſunt AMILCAR Giſgonis filius, & BOMILCAR ejuſdem Giſgonis nepos, qui res contra Agathoclem Syracuſanum geſſerunt; & HANNO ab eodẽ Agathocle in Africa victus: item AMILCAR Bomilcare jam dicto natus militiæ præfectus ſub Aſdrubale bellum in Hiſpania adminiſtrante Amilcaris Barchini genero. Et HANNO bello Punico primo prælio navali ſuperatus à C. Duilio Conſule Rom. & anno poſtero circa Corſicam pugnans interemptus; ejuſdem filius ASDRUBAL ob infeliciter rem geſtam in Sicilia domum revocatus, & in crucem actus. Item AMILCAR alius, qui variâ fortunâ eodem bello Punico primo cum Romanis in Sicilia & Africa certavit, & rem contra Afros geſſit: ejuſque filii duo ANNIBAL & HANNO. Tum ASDRUBAL HOEDUS Barchinæ familiæ inimicus florens bello Punico II & eo ætate major HANNO pacis ſtudioſus. Item bello Punico III HIMILCO, cognomento PHAMEAS qui ad Romanos defecit, & HANNO GULLA de pace ad Romanos legatus, nequicquam miſſus.

NARVA rex Numidarum, alacer Martiique ingenii: fidus Carthaginenſium & Amilcaris Barchini ſocius bello Africano, gener ejuſdem Amilcaris, Annibalis ſororius. Ex hoc nati à quibuſdam putantur, ſed parum certo.

GALA partis Numidiæ rex floruit bello Punico II, de quo Livius in fine libri 27 & prolixius lib. 29.

DESALCES fratri ſucceſſit grandis natu: nec diu poſt obiit. — *Uxor nata ſorore Annibalis nupta deinde Mezetullo.*

Numida ἀνώνυμος *præmaturè obiit.* — Filia ἀνώνυμος nupſit principi Numidæ.

Maſiva captus in acie in Hiſpaniâ ductus ad Scipionē, & ab eo honorificè remiſſus ad Maſiniſſam avunculum tum militantem Carthaginenſib.

MASINISSA totius familiæ decus & lumen clariſſimum militans primum Carthaginenſib. contra Romanos, dein Romanis contra Carthaginenſes: à quo tempore in amicitia & ſocietate Romanorum perſtitit conſtantiſſimè uſq; ad mortem, quam obiit admodum ſenex conflato jam bello Punico III.

CAPUSA patris in regno ſucceſſor à Mezetullo principe Maſæſylorum cum multis procerib. interfectus.

LACUMACES puer titulo tenus à Mezetullo ſurrogatus fratri Capuſæ, cum vim regni ipſe Mezetullus teneret, à Maſiniſſa paulò poſt cum pupillo ejectus.

Filia ἀνώνυμος nupta Aſdrubali Giſgonis filio.

MICIPSA patri in regno Numidiæ ſucceſſit, rex doctrina & virtute præſtans, in amicitia cum Romanis cōſtans, Cirtham regiam ſuam plurimùm auxit, fratrib. ſuperſtes.

Guluſſa legatus patris cum Micipſa ad Carthaginenſes: poſtea Romam quoque miſſus rex ſalutatus à P. Scipione, obiit ante fratrem Micipſam.

Manaſtabales major natu quam Guluſſa legitimo matrimonio genitus cum Micipſa & Guluſſa.

Miſagenes ex cōcubina genitus, auxilio miſſus Romanis à patre ad bellum contra Perſea Maced. regem.

Maſſagrada ex concubina quoque, legatus patris ad ſenatum populumque Rom.

[…] natus […] annum […] 80, à Micipſa adoptatus.

ADHERBAL cum fratre Hiempſale, & Jugurtha regnum à patre moriente accepit: poſt fratrem à Jugurtha everſus.

HIEMPSAL fratre ferocior, Jugurthæ adverſatus inſidiis ejuſdem eſt occiſus.

Maſſiva patruelib. legitimè natis adhærēs; Romæ regnum cōtra Jugurtham petens ejuſdem inſidiis eſt interfectus.

IUGURTHA è concubina genitus ob acre ingenium à Micipſa patruo adoptatus everſis cohæredib. regnum ſolus ſcelere occupat: à Romanis debellatus ac in poteſtatē redactus in carcere periit.

Gauda inter ſecundos hæredes à Micipſa ſcriptus, offenſo fratre militavit contra eum ſub Metello.

Dabar à Boccho Mauro ad L. Syllam miſſus.

Oxintha Appiano, Meſintha Suetonio dict. cum patre in triumpho ductus à Mario: bello civili è cuſtodia Venuſina eductus.

Ἀνώνυμος alter filius ſimiliter à Mario cum patre in triumpho oſtentatur.

Filia Boccho Mauritaniæ regi, qui patrem proditum Syllæ tradidit, nupta.

HIARBAS, aliis Hierta partib. Marianis ſtudens exutus fortunâ à Pompejo, à Bogude Mauro interemptus, Gaudæ filius, ut quidem opinantur.

ADHUC REGES NUMIDIAE.

HIEMPSAL ex poſteris Maſiniſſæ, & ut quidam arbitrantur, ex Hiempſale pronepos aut abnepos, Numidiæ rex, ab Hiarba regulo regno ejectus, à Pompeio verò reſtitutus: cujus meminit M. Cicero in orat. 1 & 2 contra Rullum.

IUBA I rex Numidiæ, & partis Mauritaniæ, Hiempſalis filius, teſte Dione bello Rom. civili partes Pompeii ſecutus, & à Cæſare victus ſeſe ogienſque in regnum cum M. Petreio domi ſuæ ſemet manu ſervili interfecit.

Cleopatra σελήνη junior M. Antonii triumviri & Cleopatra σελήνης filia, captiva in triumpho ducta ab Auguſto: nupta deinde Iubæ II, Helena Suetonio nominata.

IUBA II puer adhuc captus à C. Cæſare & in triumpho ductus, optimis literis imbutus inter celebres ſcriptores numeratus fuit, de quo Strabo, Plinius, Plutarchus, Dion & alii: Auguſto carus: a quo pro regno paterno Getuliâ & partib. Mauritaniæ ac Lybiæ donatus.

Glaphyra Archelai Cappadocis filia, uxor.

PTOLEMAEUS adhuc apprimè juvenis patri in regnis ſuccedens, vitiis juventæ Tacfarinati occaſionem dedit augendi dominatus ſub Tiberio imp. à quo Tiberio rex appellatus tandemq; à C. Caligula imp. evocatus ob opes, quas poſſidebat, necatus eſt.

DRUSILLA nupta Felici Pallantis fratri, præſidi Iudææ: cujus mentio fit in actis Apſtoli. in cap. 24.

REGES MAURITANIAE.

BOCCHAR rex Mauritaniæ Maſiniſſam juvit in recuperando regno paterno.

BOGUS coævus Ptolemæi Phyſconis, & Ptol. Lathuri regum Ægypti.

BOCCHUS Mauritaniæ rex gener Iugurthæ floruit tempore belli Iugurthini, Iugurthâ ſocerum Romanis tradidit.

Filia Iugurthæ regis Numidiæ nupta Boccho.

Volux cum patre contra Marium bellavit: Syllam adduxit ad patrem.

BOGUD in partib. Syllanis ſtetit contra Marianos: poſtea rex à Cæſare appellatus conſtans in partib. ejus manſit & pro eo diverſis in locis pugnavit, Iubam pro Pompeianis bellantem redire in regnum coegit: demùm à Boccho quodam regno exutus, ac deniq; ab Agrippâ captus & occiſus.

Eunoë Maura uxor Bogudis, adamata à C. Iulio Cæſare, qui tum ipſi cum marito multa tribuit.

REGES TROIANI.



ROMVLVS primus Romanorum rex ſine liberis deceſſit.

Titus TATIVS Sabinus, Curib. ortus, Romuli in regno collega.

Pompo Pompilius Sabinus Curib. habitans.

Hoſtilius Medulliâ oriund⁹ in prælio cõtra Sabinos pro Romulo pugnãs occubuit. — *Herſilia* *Herſilia Sabini filia.*

Marcius Sabinus Numæ cognatus, qui hortator ei fuit ad regnum delatum ſuſcipiendum, & cum eo Romam migravit, ſenator ibi & Pontifex max. factus: æmulus Tulli Hoſtilii.

Tatia filia Titi Tatii regis, nupta Numæ adhuc privato. — **NVMA** Pompilius II Rom. rex, Curib. ad regnum à Romanis vocatus. — *Lucretia ſecunda cõjunx Numæ, nupta ei jam regnanti.*

Hoſtus Hoſtilius primus civium ex rapta Sabina natus, propterea à Romulo ornamentis decoratus.

Numa Marcius Numæ Pompilii regis gener: præfectus urbis deſignatus à Tullo Hoſtilio rege. — **Pompilia** Numæ regis filia, quam alii ex Tatiâ, alii ex Lucretia natam tradunt.

Tullus HOSTILIVS III Romanorum rex, qui Albam Longam delevit: incendio domus cum uxore & liberis periit.

Ancus MARCIVS IIII Romanorum rex, bello & pace egregi⁹. Aventinum collẽ urbi addidit, Oſtiam condidit, Ianiculum munivit.

Demaratus *Corinthius mercator opulentus ob Cypſeli tyrannidem relictâ patriâ Tarquiniis in Hetruria ſedes poſuit, ibique Hetruſca generis uxorem duxit. Ex qua nati.*

Marcius pubeſcens moriente patre. **Marcius** puer adhuc patre decedente.

Hi dolo Tarquinii Priſci tutoris ſui ſucceſſione paterna excluſi poſt annos 38 operâ ſicariorum eundem trucidarunt. Ipſi à Servio rege exilio mulctati extra patriam degeſſere.

Aruns ante patrem mortuus.

Lucumo poſt nuncupatus **L. TARQVINIVS** Priſcus V Romanorũ rex circumventis pupillis Anci regis filiis regnum ſibi vendicavit. — ***Tanaquil*** *Hetruſca.*

Aruns Egerius poſtumus nomẽ ex egeſtate accepit, ab avo in teſtamento præteritus: à patruo Collatiæ devictæ præfect⁹ & hinc Collatinus dictus.

Tarquinia nupta **SERVIO TVLLIO** regi.

L. Tarquinius vivente adhuc patre mortuus.

Tarquinia M. Iunio nupta.

Sp. Lucretius *Tricipitinus, præfectus urbis ſub rege Tarquinio Superbo, interrex creandis primis Conſulib., deniq; Conſul cum P. Valerio Publ. in quo magiſtratu obiit.*

Aruns Tarquinius Collatinus.

Tullia major nupta L. Tarquinio Superbo, fæmina mitiſſima ingenii diſpar marito feroci.

Tullia minor ferociſſimi ingenii nupta prius Arũti Tarquinio juveni placido, dein L. Tarquinio Superbo. — **L. TARQVINIVS** Superb⁹ VII Rõ. rex.

Aruns Tarquinius à Tullia uxore necat⁹.

M. Iunius Brutus Romanæ libertatis autor.

Lucretia *uxor L. Tarq. Collatini ſtuprata à Sexto Tarquinio Superbi regis filio.* — **L. Tarquinius** Collatinus primus Conſul cum M. Iunio Bruto: ceſſit in exilium voluntarium ſuaſu Bruti, ob odioſum Tarquinii nomen.

Tit. Tarquinius dimicans in acie cecidit bello Latino.

Aruns Tarquinius in acie cæſus à Bruto Conſule anno primo poſt exactos reges.

Sext. Tarquinius Gabios dolo cepit. Lucretiam vi ſtupravit.

Tarquinia nupta Octavio Mamilio Tuſculano.

VALERIVS VOLVSVS ſub regib. florens, ortus à M. Valerio Feciali regnante Tullo Hoſtilio, & à Voleſo Valerio Sabino pacis & ſocietatis conciliatore inter Romulum & T. Tatium, qui cum T. Tatio Romam commigravit.

P. VALERIVS VOLVSVS POPLICOLA conſul anno primo poſt reges ejectos, Tarq. Collatino ſurrogatus, leges VALERIAS pro libertate civium tulit: dein ter eundem honorem rurſum geſsit, poſt quartum conſulatum ſtatim mortuus anno V. C. 251.

Valeria, cujus grādævæ mentio fit in reb. C. Marcii Coriolani apud Dionyſium & Plutarchum.

M. VALERIVS VOLVSVS conſul cum P. Poſtumio anno V. C. 249: periit in prælio bello Latino.

M' VALERIVS VOLVSVS Dict. anno V. C. 260, ob plebem patribus reconciliatam MAXIMVS appellatus: triumphavit de Sabinis: natu grandis obiit.

P. VALERIVS POPLICOLA cōſ. cum C. Nautio anno V. C. 279: iterum conſ. cum C. Claudio anno 294 oppugnans Capitolium ab Ap. Herdonio Sabino occupatum occubuit.

Valeria cum Clœliā & aliis obſes data regi Porſenæ, nupta A. Poſtumio Albino. Vide Dionyſ. & Plutarchum.

L. VALERIVS POTITVS conſ. cum M. Fabio anno V. C. 271: iterum conſ. cum T. Aimilio anno 284.

M. Valerius patruum in acie proſtratum protegēs eodem in prælio cū fratre C. occubuit.

C. Valerius cū M. fratre cecidit.

M. Valerius Voluſus honorum expers.

M. VALERIVS MAXIMVS conſ. cum Sp. Virginio anno V. C. 297.

L. VALERIVS POPLICOLA POTITVS Decemviris ſe cum M. Horatio Barbato oppoſuit: conſ. cum eodem M. Horatio anno V. C 305, leges pro libertate civium denuo tulit.

L. Valerius, de quo nihil memoriæ proditum. Exiſtimo nondum maturum honorib. obiiſſe patre adhuc ſuperſtite.

M. VALERIVS MAX. de quo nihil accepimus.

L. Valerius Poplicola obſcurus.

L. VALERIVS POTITVS quinquies trib. mil. conſ. pot. annis V. C. 342, 350, 353, 355, 358.

C. VALERIVS POTITVS VOLVSVS ter trib. mil. conſ. pot. annis 341, 349, 352: conſ. cum M. Aimilio anno 346.

M. VALERIVS MAX. trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 358, & rurſum anno 361.

M. Valerius Max. inglorius.

L. VALERIVS POTITVS POPLICOLA quinquies trib. mil. conſ. pot. primum anno V. C. 362, poſtremum anno 376, longævus.

L. VALERIVS POTITVS conſ. cum M. Manlio anno V C. 363, dein mag. eq. ſub M Camillo Dict. II anno 366, quo anno Roma capta fuit à Gallis.

C. VALERIVS POTITVS VOLVSVS trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 384.

M. VALERIVS MAXIMVS CORVVS trib. mil. Gallum ſingulari certamine ſtravit anno V. C. 407: dein ſexies conſul, primū cum M. Popilio IIII anno V. C. 408, ſextū cum M. Fulvio anno 455: bis etiam Dict. Hic in conſulatu quinto anno V. C. 454 legem Valeriam pro libertate civium denuò repetitam tertium ſanxit. Vixiſſe dicitur ad annos centum.

P. VALERIVS POPLICOLA ſexies trib. mil. conſ. pot. primum anno V. C. 370, ſextum 389.

M. VALERIVS POPLICOLA mag. eq. ſub C. Sulpitio Dict. anno 398, conſ. bis cum eodē Sulpitio an. V. C. 401 & 403.

M. VALERIVS MAX. CORVI conſ. cum P. Decio Mure anno V. C. 444, cenſor cum C. Iunio anno 443.

P. VALERIVS POTITVS POPLICOLA conſ. cum C. Marcio an. V. C. 404, Dict. anno 41., mag. eq. ſub M. Papirio Craſſo Dict. anno 424.

L. VALERIVS POTITVS FLACCVS mag. eq. ſub Cn. Quinctilio Dict. anno V. C. 425, & rurſum ſub M. Aimilio Dict. anno 434.

C. VALERIVS POTITVS FLACCVS conſ. cum M. Claudio Marcello anno V. C. 423.

M. VALERIVS MAX. CORVI conſ. cum Q. Cædicio anno V. C. 465, iterum, ut vult Onuphrius, cum C. Aelio Pæto anno 468.

M. Valerius Potitus Flaccus inglorius.

M. Valerius Max. Corvus conſ. cum L. Mamilio anno V. C. 489, ut habent faſti Onuphriani: licet alii, & in his Sigonius Q. Fabiū Gurgitem III L. Mamilio collegam addant.

M' VALERIVS MAX. CORVVS conſ. cum M' Otacilio anno V. C. 491: bellum in Sicilia geſſit contra Pœnos, Meſſanam opp. cepit, inde MESSALA cognominatus: cenſor cum P. Sempronio anno V. C. 502.

L. VALERIVS FLACCVS conſ. cum T. Otacilio anno V. C. 495, qui tertius erat belli Punici primi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

♀

P. VALERIUS L. FIL. M. NEP. FLACCUS conſ. cum M. Atilio Regulo anno V. C. 525.

L. VALERIUS P. F. L. N. FLACCUS conſ. cũ M. Porcio Catone anno V. C. 559. cenſ. cum eodem anno 570.

C. VALERIUS FLACCUS FLAMEN DIALIS.

L. VALERIUS L. F. P. N. FLACCUS cõſ. cum M. Claudio Marcello anno V. C. 602, in hoc magiſtratu mortuus.

L. VALERIUS L. F. L. N. FLACCUS Flamen Martial. conſ. cum P. Licinio Craſſo anno V. C. 623.

L. VALERIUS L. F. FLACCUS conſ. cum C. Mario VI an. V. C. 654: iterum conſ. cum L. Cornel. Cinna II. C. Mario mortuo ſurrogatus, anno V. C. 668, à C. Fimbria occiſus.

C. VALERIUS L. F. FLACCUS conſ. cum M. Herennio, anno V. C. 661.

L. VALERIUS FLACCUS Prætor M. Cicerone conſule anno V. C. 691.

L. Valerius Flaccus centurio in partib. Pompeianis bello civili periit.

C. Valerius Flaccus eodem bello in iiſdem partib. periit.

M. VALERIUS M'. F. MESSALA conſ. cum L. Apuſtio anno V. C. 528.

M. VALERIUS MESSALA conſ. cum C. Livio Salinatore anno V. C. 566.

M. VALERIUS MESSALA conſ. anno V. C. 593 cum C. Fannio: cenſor cum C. Caſſio anno V. C. 600.

M. Valerius accuſatus à Q. Metello Numidico: de quo Gellius l. 15. cap. 14.

M. Valerius Meſſala, de quo nihil proditum eſt poſteritati. — *Uxor bis nupta* — *Q. Hortenſius.*

M. VALERIUS MESSALA conſ. cum M. Pupio Piſone anno V. C. 695. Cenſor cum P. Servilio Vatia anno 698.

Valeria nupta L. Syllæ Felici Dictatori ſeneſcenti.

Q. HORTENSIUS ORATOR conſ. cum Q. Metello anno V. C. 685. — *Marcia* *L. Marcii Philippi filia.* — *M. Portius CATO Uticenſis.*

M. VALERIUS MESSALA CORVINUS conſ. cum Cn. Domitio anno V. C. 701.

POSTHUMA.

Hortenſia fœmina eloquens liberè ad Triumviros pro proſcriptis verba fecit.

Q. Hortenſius à Triumviris proſcriptus, & occiſus.

M. Porcius Cato C. Cæſari reconciliatus in pugnâ ad Philippos in partibus M. Bruti periit.

Porcia ux. M. Bruti.

M. VALERIUS MESSALA CORVINUS ORATOR, à III-viris proſcriptus cõfugit ad M. Brutũ: ab illo ſe recepit ad C. Oct. Auguſtum, augur cooptatus ab eodem Auguſto, conſ. cum C. Iulio Oct. Aug. III anno V. C. 723, præfectus urbis ſub eodem Auguſto: Cui uxor fuit Aurelia.

Domitia Lepida Neronis imp. amita nupta 1. M. Valerio Barb. 2. App. Iunio Silano. — M. VALERIUS MESSALA BARBATUS AEMILIANUS conſ. cum L. Sulpitio Quirino anno V. C. 742, in hoc magiſtratu obiit.

M. VALERIUS MESSALINUS COTTA cõſ. cum L. Cornel. Lentulo anno V. C. 751, à M. Aurelio Cotta adoptatus.

Valeria major nupta Servio.

Valeria minor nupta Statilio. — *Statilius Taurus bis conſul.*

VALERIA MESSALINA nupta Claudio imp. fœmina nequiſſima.

M. VALERIUS MESSALA conſ. cum M. Aurelio Cotta patruele anno V. C. 773.

M. Aurelius Cotta Meſſalinus conſ. cum patruele M. Valerio anno V. C. 773.

Statilius Corvinus, qui contra Claudium Imp. conjuravit cum Aſinio Gallo.

M. VALERIUS MESSALA conſ. cum Nerone imp. III anno V. C. 811.

M. Aurelius Cotta,

K. FABIVS VIBVLANVS.

K. FABIVS VIBVLANVS in Quæſtura accuſator Sp. Caſsij regnum affectantis: conſ. cum L. Æmilio anno V.C. 270. iterum conſ. cum Sp. Furio anno 273. tertium conſ. cum T. Virginio anno 275.

M. FABIVS VIBVLANVS conſ. cum L. Valerio anno V.C. 271: iterum conſ. cum Cn. Manlio anno 274.

Q. FABIVS VIBVLANVS conſ. cum Ser. Cornelio Coſſo anno V.C. 269: rurſum conſ. cum C. Iulio Iulo anno 272: III conſ. cũ L. Corn. Coſſo anno 295.

Q. FABIVS VIBVLANVS ſolus Fabiorum ex clade ad Cremeram ſuperſtes, conſ. cum T. Æmilio anno V.C. 287: iterum conſ cum T. Quinctio anno 89. III cóſ. cum L. Corn. Coſſo anno 295: X-vir legum ſcrib. anno 304.

Q. FABIVS VIBVLANVS conſ. cum C. Sempronio anno V.C. 331: trib. mil. conſ. pot. anno 340 & 342.

M. FABIVS VIBVLANVS conſ cum Poſtumio Æbutio anno V.C. 312: trib mil. c.p. anno 321. Hunc ego primum è Fabiis AMBVSTVM credo nuncupatum.

M. vel Cn. FABIVS VIBVLANVS conſ. cum T. Quinctio Capitolino anno V.C. 334. trib. mil. conſ. pot. 341, 349.

Q. FABIVS M. F. AMBVSTVS conſ cum C. Furio Pacilo anno V.C. 344: trib. mil. c.p. anno 366.

C. FABIVS AMBVSTVS Quæſtor anno V.C. 347 Cn. Corn. Coſſo, L. Furio Medull. II Coſſ. trib. mil. c.p. anno 366.

K. FABIVS AMBVSTVS trib. mil. c.p. 352, 355, 361, 368.

M. FABIVS AMBVSTVS conſ. cum C. Pœtelio anno V.C. 396. iterum conſ. cum Popillio Lænate II an. 400. III conſ. cum T. Quinctio Capitol. anno 402. Dict. an. 405. Cenſ. anno 410, Princeps ſenatus.

M. FABIVS K. F. AMBVSTVS trib. mil. c.p. anno V.C. 375. Cenſor cum L. Furio Medullino an. 393.

M. FABIVS AMBVSTVS mag. eq. ſub Dictat. A. Cornel. Coſſo, anno V.C. 433.

Q. FABIVS MAXVMVS RVLLIANVS mag. eq. ſub L. Papirio Dict. an. V.C. 431: cóſ. cum L. Fulvio Curvo, anno 433. Dict. anno 440. iterum conſ. cum C. Martio Rut. anno 446. III cum P. Decio Mure anno 447. Cenſor cum eodem P. Decio an. 451. IIII conſ. rurſus cum eodem Decio an. 457. V conſ. cum eodem Decio anno 459. Princeps Senatus.

C. FABIVS AMBVSTVS mag. eq ſub. Q. Fabio Dict. anno V.C. 449.

M. FABIVS BVTEO cóſ. cum L. Cæcilio Metello anno V.C. 507. iterum an. 509. Cenſor cũ Q. Aurelio Cotta anno 513. Dict. anno 536.

Q. FABIVS MAX. GVRGES conſul cum. D. Iunio Bruto anno V.C 462. cui malè præliato cõtra Samnites pater legatũ ſe addidit, iterum conſ. cum C. Genucio anno 378, III cónſ. cum L. Manilio anno 489. Princeps Senatus.

Q. FABIVS PICTOR conſ. cum Ogulnio anno V.C. 485: ædem Salutis pinxit: antiquiſsimus hiſtoriæ Rom. ſcriptor, juris & literarum peritiſsimus, ut teſtatur Cicero.

N. FABIVS PICTOR conſ cum D. Iunio Perã anno V.C. 488.

M. FABIVS C. F. Licinus conſ. cum M. Otacilio anno V.C. 503.

Q. FABIVS PICTOR flamen Quirinalis anno V.C. 565 Cn. Manlio, M. Fulvio Coſs.

✠

Q. FABIVS MAXVMVS VERRVCOSVS Gurgitis filius, CVNCTATOR dictus, quod Annibalem cunctando, id eſt, prælium declinando, & moras nectendo vicerit, quinquies conſul, bis ante Punicum bellum II, ter durante ipſo bello, quem ſcutum quoq; populi Rom. ſolent nuncupare: æmulus gloriæ P. Scipionis Africani, obiit anno V. C. 552 ſub finem belli ejuſdem Pun. II.

Q. FABIVS MAXVMVS conſ. cum Tib. Sempronio Graccho II anno V. C. 541, mortuus ante patrem. Hujus triumphantis currum pater equo inſidens ſecutus fuit.

Q. FABIVS MAXVMVS LABEO, Fl. Quirinal. conſul cum M. Claudio Marcello anno V. C. 571.

Q. FABIVS MAX. ÆMILIANVS natus ex L. Aimilio Paulo, qui Perſea Maced. regem debellavit: conſ. cum L. Hoſtilio Mancino anno V. C. 609: frater naturalis P. Corn. Scipionis Africani poſterioris, adoptatus à Fabio Labeone.

Q. FABIVS MAX. ALLOBROGICVS conſ. cum L. Opimio anno V. C. 633. Cenſor cum C. Licinio Geta an. 646. In conſulatu Allobrogas devicit: in juventute turpis, in ſenectute ſpectatiſsimus. Hunc cum patre Æmiliano plerique etiam veteres confundunt.

Q. Fabius Maximus, morib. perditis: quapropter bonis paternis illi à Q. Pompeio prætore urb. interdictum. Vide Valerium lib. 3. cap. 5.

Q. FABIVS MAXVMVS SERVILIANVS ſecundum natu am germanus frater Q. Servilii Cæpionis, adoptatus à Fabio Labeone, conſ. anno V. C. 612 cum L. Cæcilio Metello. Cenſor cum eod. L. Metello anno 628, ut eſt in tabulis Capitolinis.

Q. FABIVS MAXVMVS EBVRNVS conſ. cum C. Licinio Geta anno V. C. 638. Pullus Iovis ob candorem dictus, ut notat Feſtus.

Q. FABIVS MAX. Cæſaris legatus in Hiſpania Pompeianos vicit: conſ. cum C. Trebonio anno V. C. 709. In magiſtratu mortuus ſucceſſorem accepit C. Caninium Rebilum.

PAVLVS FABIVS MAXVMVS conſ. cum Q. Ælio anno V. C. 743.

Q. FABIVS MAX. AFRICANVS conſ. cum Iulo Antonio anno V. C. 744.

ACTIVS CLAVSVS relicto Regillo patriâ ſuâ in Sabinis Romā migravit anno ſeptimo poſt exactos reges, & APPIVM CLAVDIVM ſe vocavit. Conſ. cum P. Servilio anno V.C. 259. Regillenſis & Sabinus cognominatus.

AP. CLAVDIVS REGILLENS. conſ. cum T. Quinctio Capitol. anno V.C. 283. à tribunis pl. accuſatus apud populum ante judicij diem ſibi mortem conſcivit, ut vult Dionyſius, aut obijt, ut Livius.

C. CLAVDIVS REGILL. Sabinus conſ. cum P. Valerio Poplicolæ filio anno V.C. 294 diverſi ingenij à fratre, & fratris filio pro quo periclitante precib. interceſſit.

AP. CLAVDIVS REGILL. Craſſinus ex conſule deſignato Decemvir ſcribendarum legum. ſuffragijs populi factus in tertium annum poteſtatem retinuit: ob iniquas actiones in carcerem datus, in quo ſemet interemit anno V.C. 305.

AP. CLAVDIVS Craſsinus trib. mil. conſ. pot. anno V.C. 331, eodemq; anno præfectus urbis à collegis in bella euntib. deſignatus.

AP. CLAVDIVS Craſs. trib. mil. conſ. pot. anno V.C. 353. Dictator anno 394, Q. Servilio, L. Genucio coſs. pervicax propugnator dignitatis patrum in rep. floruit cum M. Furio Camillo.

P. Claudius Craſsinus nullo magiſtratu functus.

P. CLAVDIVS Craſsinus conſ. cum L. Furio Camillo anno V.C. 407.

C. CLAVDIVS Craſsinus bis Dict. annis V.C. 408 & 419, vitio creatus abdicavit.

C. Claudius Craſsin. obſcurus.

C. CLAVDIVS CANINA conſul cum M. Aimilio Lepido anno V.C. 469, iterum cum C. Fabio Dorſone an. 481 Cenſor cū T. Coruncanio anno 484.

AP. CLAVDIVS C. F. CÆCVS Cenſor cum C. Plautio Venoco anno V.C. 444 M. Valerio, P. Decio coſs. viam Appiam munivit, aquam in urbem induxit: conſ. cum L. Volumnio anno 448, iterum conſ. cum eodem Volumnio anno 458. Dict. anno 466. Vir longævus, & ſapiens, & ut illa tempora ferebant, eloquens: pacem & fœdus cum Pyrrho rege acri oratione jam cæcus diſſuaſit.

AP. CLAVDIVS CAVDEX, quem Caij filium Appij nepotem autor faſtorum conſularium, fratrem Appij Cæci Gellius lib. 17 cap. ult. vocant, conſ. cum M. Fulvio Flacco, initio belli Punici primi, an. V.C 490, primus Pœnis arma intulit, copijs in Siciliam traductis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

AP. CLAVDIVS Cæci Fil. Craſsinus Rufus conſ. cum P. Sempronio Sopho, ãno V. C. 426.

P. CLAVDIVS Cæci Fil. PVLCHER conſ. cum L. Iunio Pullo anno V. C. 505, ob rem malè contra Fœnos contemptis auſpicijs geſtam publico iudicio damnatus. Hunc perperam Plin. l. 15. c. 1 prænomine Appium vocat, & non filium ſed nepotem Cæci nuncupat.

C. CLAVDIVS Centho conſ. cum M. Sempronio Tuditano anno V. C. 514. Cenſor cum M. Iunio an. 529. Dict. anno 541.

Tib. CLAVDIVS NERO, à quo paternũ ſtemma traxit Tiberius imp. quemadmodũ ab Appio Pulchro hujus fratre maternum. Suet.

Claudia inſolẽs fœmina ob inſolentia verba publico iudicio damnata.

AP. CLAVDIVS PVLCHER conſ. cum Q. Fulvio Flacco III anno V. C. 542. Capuam cum collega cepit.

P. Claudius Nero manſit obſcurus.

C. CLAVDIVS NERO prætor anno V. C. 513, conſ. cum M. Livio Salinatore anno V. C. 547, præclarum triumphum de Pœnis egit: cenſor cũ eodem M. Livio anno 550.

Claudia Pacuvio Campano nupta.

AP. CLAVDIVS PVLCHER Prætor anno V. C. 567. Conſul cum M. Sempronio Tuditano anno V. C. 569.

P. CLAVDIVS PVLCHER prætor anno V. C. 566, conſ. cum L. Porcio Licino anno V. C. 570.

C. CLAVDIVS PVLCHER prætor anno V. C. 574. Conſ. cum Tib. Sempr. Gracchо anno 577.

Tib. CLAVDIVS conſ. cũ M. Servilio Gemino anno V. C. 552.

AP. CLAVDIVS PVLCHER cum Q. Cæcilio Metello Macedonico anno V. C. 611. Injuſſu populi de Salaſſis impendio privato triumphavit.

Claudia Veſtalis triũphali curru cum fratre vecta eſt.

C. CLAVDIVS PVLCHER conſ. cum M. Perpenna anno V. C. 624.

Poſt hos familia Neronum diu ſine honorib. manſit uſq; ad ætatem C. Cæſaris Auguſti, qui Tib. Neronis prætoris an. V. C. 713 uxorem LIVIAM ſibi matrimonio junxit, & filios ejus TIBERIVM & DRVSVM domi ſuæ educavit: è quib. TIBERIVS poſtea adoptatus imperator Aug. eſt fact⁹. Ex Druſo GERMANICVS, & CLAVDIVS imp. ſunt nati: ex Germanico genitus fuit C. CALIGVLA imp.

C. CLAVDIVS PVLCHER conſ. cum M. Perpenna anno V. C. 662.

Claudia nupta Q. Marcio Philippo.

Claudia nupta Tib. Sẽp. Graccho, qui in tribunatu legẽ agrariam ferens eſt occiſus.

AP. CLAVDIVS PVLCHER ſcurrilitati quam dicacitati in dicendo propior: de quo Cicero l. 2. de Orat.

C. CLAVDIVS PVLCHER Prætor anno V. C. 680 vict⁹ à Spartaco.

AP. CLAVDIVS PVLCHER conſ cum P. Servilio anno V. C. 675.

C. Claudius Pulcher, de quo nihil memoriæ proditum.

L. Livius Druſus Claudianus per adoptionem ex Claudia gente tranſlatus in Liviam.

AP. CLAVDIVS PVLCHER prætor ãno V. C. 691, conſ. cum L. Domitio Ænobarbo anno 700, cenſor cum L. Calp. Piſone anno 704.

C. Claudius vixit ſine honorib.

P. CLODIVS PVLCHER Ciceronis inimicus capitalis, cũ adoptandũ ſe M. Fonteio homini plebeio dediſſet, tribun⁹ pl. creatus pernicioſas leges tulit, Ciceronem in exilium egit: tandem à Milone occiſus in via Appiã. Vxor ei fuit Fulvia, nupta poſtea M. Antonio: ex qua ſubiecti liberi.

Clodia nupta Q. Marcio regi.

Claudia Quadrantaria uxor Q. Metelli Celeris, impudica maritum veneno necavit.

Clodia nupta L. Lucullo pudoris profligati, à coitu inceſto cum fratre P. Clodio quoque non abſtinens.

AP. CLAVDIVS PVLCHER cõſ. cũ C. Norbano Flacco anno V. C. 716. qui fuit annus ſeptimus poſt cædem C. Iulij Cæſaris.

LIVIA nupta 1 Tiberio Neroni, deinde Cæſari Auguſto.

Ap. Claudius cũ fratre C. perſecutus eſt Milonem ob cædem patrui.

CLAVDIA nupta Cn. Pompeio Magni filio.

CLAVDIA nupta M. Bruto.

P. Claudius Pulcher, cujus Cicero meminit epiſtolarum ad Atticũ lib. 14, & Philippicã Oratione 11.

Clodia ſponſa Cæſaris Octaviani, virgo adhuc ab eo repudiata ob ſimultatẽ cum matre Fulvia.

TIBERIVS NERO imp.

DRVSVS domi Auguſti natus.

Ap. Claudius adulter Iuliæ Auguſti Cæſaris filiæ.

ALTERA CLAVDIAE GENTIS FAMILIA MARCELLORVM NOBILIS QVIDEM, SED PLEBEIA.

M. CLAVDIVS MARCELLVS conſ. cum C. Valerio Flacco anno V. C. 425: Dict. comitiorum habend. cauſa anno 429 vitio factus abdicavit.

M. CLAVDIVS MARCELLVS conſ. cum C. Nautio Rutilo anno V. C. 467.

M. Claudius Marcellus obſcurus.

M. CLAVDIVS MARCELLVS quinquies conſ. 1 cum Cn. Cornelio Scipione anno V. C. 532, quando caſo in acie Viridomaro Gallorum Inſub. rege tertio opima ſpolia relata Iovi Feretrio ſuſpendit: 2 cum Tib. Semp. Graccho anno 539 vitio factus abdicavit, ſucceſſore accepto Q. Fabio Max. Verrucoſo: 3 cum eodem Q. Fabio Max. Verrucoſo anno 540: 4 cum M. Valerio Lævino anno 544: 5 cum T. Quinctio Criſpino anno 546, in quo conſulatu ab Annibale circumventus perijt cum collega. Syracuſas in Sicilia proconſul cepit. Gladius populi Rom. vulgò dictus.

M. CLAVDIVS MARCELLVS prætor anno V. C. 556, conſ. cum L. Furio Purpureone anno V. C. 558: cenſor cum T. Quinctio Flaminio anno 565: obijt 577.

M. CLAVDIVS MARCELLVS prætor anno V. C. 566, conſ. cum Q. Fabio Labeone anno 571.

M. CLAVDIVS MARCELLVS prætor anno V. C. 585: conſ. cũ C. Sulpitio Gallo anno 588: iterùm conſ. cum P. Corn. Scip. Naſicâ anno 599, tertiùm cum L. Valerio Flacco anno 602, quo ipſe in mari perijt.

M. Claudius Marcellus nullum magiſtratum geſſit.

C. Claudius Marcellus & ipſe inglorius ac ſine magiſtratu.

M. CLAVDIVS MARCELLVS conſ. cum Ser. Sulpitio anno V. C. 703, interceſsione Senatus C. Cæſari victori reconciliatus ante reditum in patriam Athenis à Magio Cilone eſt occiſus. Pro hujus reſtitutione Cicero publicè Cæſari gratias egit oratione eâ, quæ extat.

C. CLAVDIVS MARCELLVS conſ. cum L. Corn. Lêtulo anno V. C. 705. obijt ſtatim poſt bellum Peruſinum.

C. CLAVDIVS MARCELLVS conſ. cum L. Æmilio Paulo anno V. C. 704.

C. CLAVDIVS MARCELLVS maritus Octaviæ majoris, quæ ſoror fuit C. Octaviani Auguſti, conſ. cum L. Arruntio anno V. C. 732. De hujus tamen patre variant autores, ut & de conſulatu.

OCTAVIA *ſoror Auguſti imp. bis nupta.*

M. ANTONIVS *Triumvir ſecundus maritus Octaviæ.*

M. CLAVDIVS MARCELLVS primus maritus Iuliæ filiæ Auguſti imp. in ædilitate mortuus, à Virgilio celebrat' Æneid. lib. 6.

Antonia major nupta Cn. Domitio, avia paterna Neronis imp.

Antonia minor nupta Druſo Tiberij imp. fratri.

- P. Manlius.
  - CN. MANLIVS P. F. VVLSO conſul cum M. Fabio Vibulano anno V. C. 274.
    - A. MANLIVS VVLSO Conſ. cum L. Furio, anno V. C. 280: legatus Athenas miſſus cognoſcendarum legum cauſa anno V. C. 300.
      - A. MANLIVS VVLSO CAPITOLINVS, trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 348, 351, 356.
        - A. MANLIVS Capitolinus trib. mil. c. p. anno V. C. 366, 370, 372, 384.
          - P. MANLIVS Capitolin. trib. mil. c. p. anno V. C. 376, Dict. anno 385, iterũ trib. mil. c. p. anno 389.
            - P. Manlius inglorius.
              - A. MANLIVS Vulſo Longus, obſcurus.
                - L. MANLIVS Vulſo Longus, conſ. cum Q. Cæditio, & hoc mortuo cum M. Atilio Regulo anno V. C. 498, iterum cum C. Atilio Regulo anno 504. Cum Pœnis bellum geſſit & triumphum meruit.
                  - L. MANLIVS Vulſo prætor anno V. C. 536, à Gallis fuſus fugatusq.
                    - L. MANLIVS Vulſo prætor Siciliam obtinuit anno V. C. 557.
                      - L. Manlius Acidin' Fulvianus proc. in Hiſp. geſſit: Conſ. cum Q. Fulvio Flacco anno V. C. 575.
                  - Cn. Manlius Vulſo obſcur'.
                    - Cn. Manlius Vulſo conſ. cũ M. Fulvio Nobiliore ãno V. C. 565. de Gallis, qui in Aſia ſunt, triumphavit.
                    - A. Manlius Vulſo conſul cũ M. Iunio Bruto anno V. C. 576.
                  - P. MANLIVS Vulſo prætor Sardiniam obtinuit, anno V. C. 544.
                    - P. MANLIVS Vulſo prætor anno V. C. 559, item anno 572.
          - L. MANLIVS Capitolinus imperioſus, trib. mil. c. p. anno V. C. 386. Dict. clavi figendi cauſa anno V. C. 393.
            - Cn. MANLIVS Capitolinus imperioſus conſ. cum M. Popilio Lænate anno V. C. 397, iterum cum C. Marcio anno 399. Cenſ. cum eodem anno 405.
              - Cn. MANLIVS magiſt. eq. ſub L. Furio Camillo anno V. C. 411.
            - T. MANLIVS Capitolinus TORQVATVS patrem à vexatione tribunicia liberavit; Gallum provocantem in monomachia occidit, & aureâ torque ſpoliavit unde Torquatus dictus. Dict. anno V. C. 403. iterũ Dict. anno 407. Conſ. cum C. Plautio anno 409: iterum conſ. cum C. Marcio Rutilo 111 anno 412. tertium conſ. cum P. Decio Mure anno 416. Dict. tertium ãno 433.
              - T. MANLIVS Capitol. TORQ. à patre, quod extra ordinem quanquam feliciter in hoſtem pugnaſſet bello Latino, ſecuri percuſſus.
              - T. MANLIVS Capitol. TORQVATVS conſ. cum M. Fulvio Pætino anno V. C. 455, in magiſtratu hoc in Hetruria perijt.
                - T. MANLIVS TORQVATVS Cõſ. cum C. Atilio Bulbo anno V. C. 519. de Sardis triumphavit. Cenſor cum Q. Fulvio anno 522, iterum conſ. cum Q. Fulvio Flacco 11 anno 530: iterũ Dict. anno 546. Pont. Max obijt anno 55?.
                - A. MANLIVS TORQ. Atticus Cenſor cum A. Atilio Calatino anno V. C. 507. conſ. cum C. Sempronio Blaſo anno V. C. 510. iterum cum Q. Lutatio Cercone anno 513.
                  - A. MANLIVS TORQVATVS Prætor anno V. C. 577. Conſ. cum Q. Caſſio Longino anno 550.
                  - T. MANLIVS TORQVATVS prætor anno V. C. 584, conſ. cum Gn. Octavio anno 589: juris utriuſq; periſsimus. Pontifex filium ſuum in adoptionem datum D. Silano accuſatum à Macedonib. triſti ſententiâ ad mortem compulit.
                    - T. MANLIVS TORQ. à D. Iunio Silano adoptatus prætor Macedoniam provinciam ſortitus cum eam ſpoliaſſet, à provincialib. accuſatus, à patre Torquato apud ipſum cauſam dicere juſſus, & ejus ſententiâ damnatus ſemet interemit.
        - M. MANLIVS CAPITOLINVS conſ. cum L. Valerio Potito anno V. C. 364: Capitolium à Gallis Senonib. ſervavit: regni affectati damnatus de ſaxo Tarpeio præcipitatus anno V. C. 371.
      - M. MANLIVS VVLSO, trib. mil. c. p. anno V. C. 333.
      - L. MANLIVS VVLSO trib. mil. c. p. anno V. C. 331.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

RELIQVA GENTIS MANLIAE.

- **L. Manlius Torq.** Incertum quomodo cum ſerie ſuperiore cohæreat.
  - L. MANLIVS TORQVATVS L. Syllam cõpetitorem ſuum jam conſulem deſignatum, accuſatum ambitus honore dejecit, & ejus loco ipſe conſul factus eſt cum L. Aurelio Cotta anno V. C. 689, ab eloquentia à Cicerone commendatus, Macedoniæ aliquandiu ex conſulatu præfuit.
    - L. MANLIVS TORQ. juvenis eundem L. Syllam conjurationis cum L. Catilina accuſavit: ſed Syllam Cicero defendens periculo liberavit. Idem Manlius bello civili captus à C. Cæſare, ſervatuſq;. Verùm bello repetito in Africâ cum P. Scipione periit.

- **Manlius Torq.** de quo etiam dubium, quomodo cum aliis cohæreat.
  - **T. Manlius Torq.** nullo honore clarus.
    - T. MANLIVS TORQ. à dicendi facultate Ciceroni laudatus, morte præventus ad cõſulatum non pervenit.
      - **Torquata** nupta A. Manlio Torq. patris ſui patrueli teſte Cicerone.
  - **A. Torquatus**, de quo etiam nihil nobis conſtat.
    - A. MANLIVS TORQ. Ciceronis ſingularis amicus, ab hoc laudatus lib. 2 de finib. ad quem extant ejuſdem epiſtolæ. bello civili M. Brutum ſecutus eſt, eoque victo à Pomp. Attico defenſus.

HORATII

- **Horatius** originem trahens à P. Horatio tergemino, qui ſub Tullo Hoſtilio rege tergeminis Curiatiis devictis imperium Romanis peperit in Albanos.
  - **Horatius** Pulvillus, de quo nihil memoriæ proditum.
    - P. HORATIVS COCLES pontem ſublicium Tyberi ſuſtratum defendit contra Porſenam regem Cluſinum.
  - M. HORATIVS PVLVILLVS Conſ. cum M. Valerio Publicola anno V. C. 245, qui fuit annus primus poſt exactos Româ reges: Capitolium dedicavit.
    - C. HORATIVS PVLVILLVS conſ. cum T. Menenio anno V. C. 277, quo anno 306 Fabii ad Cremeram cæſi.
    - **M. Horatius** Pulvillus, de quo nihil extat.
      - C. HORATIVS PVLVILLVS conſ. cum Q. Minutio anno V. C. 297: Augur obiit anno 302.
      - M. HORATIVS BARBATVS conſ. cum L. Valerio Potito anno V. C. 305. Hi conſules Decemviros magiſtratu abire coëgerunt, & leges pro libertate civium tulerunt.
        - L. HORATIVS BARBATVS trib. mil. cõſ. pot. anno V. C. 310.
          - L. HORATIVS PVLVILLVS trib. milit. conſ. pot. cum M. Furio Camillo IIII, & aliis anno V. C. 370.
          - M. HORATIVS PVLVILLVS trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 378.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Aimilius Mamercus, qui à Numa rege putatur originem duxiſſe.

L. AIMILIVS MAMERCVS conſ. cum K. Fabio Vibulano anno, V. C. 270: Volſcos & Æquos vicit. Iterum conſ. cum C. Servilio anno V. C. 276: III conſ. cum Vopiſco Iulio, anno 281.

Ti. AIMILIVS MAMERCINVS conſ. cum Valerio Potito II anno V. C. 284, iterum Conſ. cum Q. Fabio Vibul. anno 287.

M. AIMILIVS MAMERCINVS honores videtur non cepiſſe.

C. AIMILIVS MAMERCINVS trib. mil. c. p. cum M. Camillo III, aliiſque quatuor anno V. C. 362, & rurſum anno 365. Volſinienſes cecidit. Superioris ex filio nepos.

MAM. AIMILIVS MAMERCIN. trib. c. p. anno V. C. 316. Dict. anno 317, de Faliſcis, Veientib. Fidenatib. triumphavit: iterum Dict. anno 320 legem de cenſuræ tẽpore arctando tulit. III Dict. anno 329 de Veientib. & Fidenatib. rurſum triumphavit.

M'. AIMILIVS MAMERCIN. conſ. cum M. Valerio Potito Voluſo anno V. C. 346 trib. mil. c. p. anno 351: iterum trib. anno 353. III trib. mil. c. p. anno 355.

M'. AIMILIVS MAMERCIN trib. mil. c. p. anno V. C. 365.

L. AIMILIVS MAMERCIN. trib. mil. c. p. anno 367: iterum trib. mil c. p. anno 369. II anno 371, IIII anno 373, V anno 379.

L. AIMILIVS MAMERCIN. mag. eq. ſub M. Camillo IIII Dict. anno V. C. 388. conſ. cum L. Sextio Laterano primo è plebeijs anno V. C. 390: iterum cum Cn. Genucio anno 395, mag. eq. II ſub C. Iulio Dict.

L. AIMILIVS MAMERCIN. mag. eq. ſub Iulio Iulo Dict. anno V. C. 404, iterum mag. eq. ſub Dict. M. Valerio Corvo anno V. C. 414: conſ. cum C. Plautio anno 415: Dict. Com. habend. gratiá anno 421 conſ. II cum C. Plautio Deciano anno 427, in honore PRIVERNAS app. ex victis & triumphatis Privernatibus: Dict. II anno 419 Samnites fudit.

Ti. AIMILIVS MAMERCIN. conſ. cum Q. Publilio Philone anno V. C. 417, ſenatui ob negatum ſibi triumphum infenſus.

M. AIMILIVS PAVLVS conſ. cum M. Livio Dentre anno V. C. 453: mag. eq. ſub Q. Fabio Max. Rulliano anno 434.

M. AIMILIVS PAVLVS LEPIDVS conſ. cum C. Claudio Caninà anno V. C. 469.

M. AIMILIVS PAVLVS conſ. cum C. Ser. Fulvio Nobiliore Pætino anno V. C. 499. tempore belli Punici I.

M. AIMILIVS LEPIDVS conſ. cum M. Poblicio Malleolo anno V. C. 522.

α

L. AIMILIVS PAVLVS conſ. cum M. Livio Salinatore anno V. C. 535 de Illyriis victis triumphavit: iterum cõſ. cum C. Terentio Varrone anno V. C. 538. cum exercitu periit ad Cannas.

β

M' Aimil. Lepidus ſine honore.

M. AIMILIVS LEPIDVS Ædilis Curul. anno V.C. 540: prætor an. ſeq. 541. Poſt X-vir ſacrorum.

L. Aimil. Lepidus cum fratrib. ludos fecit per triduum anno V. C. 534.

L. AIMILIVS PAVLVS prætor an. V. C. 563 Antiochum M. Syriæ regem claſſe vicit, & anno ſeq. triumphavit: conſ. cum Cn. Bœbio anno V.C. 572, de Liguribus Ingaunis triumphavit: iterum conſ. cum C. Licinio Craſso anno V.C. 586, Perſea Maced. regem victum cepit, deque eo triumphavit. Cenſor cum Q. Marcio anno 590, in quo honore obijt.

Aimilia uxor P. Scipionis Africani majoris. — P. Corn. Scipio Africanus major,

M' Aimil. Lepidus.

M. AIMILIVS LEPIDVS Pont. Max. prætor anno V. C. 562. conſ. cum C. Flaminio an. 567: Cenſor cum M. Fulvio anno 574, iterum conſ. cum P. Mutio Scævola anno 579. ſexies princeps Senatus: Legatus in Ægyptum miſſus, ut tutelam regis minorennis ageret. Obiit anno V.C. 602.

Papiria uxor 1 repudiata.

Vxor altera, cujus nomen ignoratur.

M. AIMILIVS LEPIDVS conſ. an. V. C. 596 cũ C. Popilio Lænate.

M. AIMILIVS LEPIDVS PORCINA conſ. cum Hoſtilio Mancino an. V.C. 617.

MAM. AIMILIVS LEPIDVS conſul cum L. Aurelio Oreſte an. V. C. 628.

Q. FABIVS AIMILIANVS adoptatus in gentẽ Fabiorum, conſ. cum L. Hoſtilio Mãcino anno V. C. 609.

P. CORNEL. SCIPIO AFRICANVS junior, à filio Africani majoris adoptat⁹, AIMILIANVS, qui Carthaginem delevit, & Numantiam.

Aimilia Tertia, cujus catellus Perſes extinctus à patre Aimilio in omen tractus eſt: nupta M. Catoni Licinio, Catonis Cẽſorij filio.

Aimilia nupta Q. Ailio Tuberoni viro optimo ſed pauperi.

Aimilius Paulus adoleſcens 14 annorũ, 5 dieb. ante triumphum patris obijt.

Aimilius Paulus cum eſſet 12 annorum, [...] duõ poſt patris triumphum [...]tinctus eſt.

Q. Aimilius Lepidus obſcurus.

MAM. AIMILIVS LEPIDVS cõſ. cũ D. Iunio Bruto anno V.C. 677. cui Liviani cognomen, quod ex Livijs eſſet adoptatus.

Q. FABIVS MAXIMVS ALLOBROGICVS, conſul cũ L. Opimio anno V. C. 632, Cenſ. cũ C. Licinio anno 641.

M' AIMILIVS LEPIDVS cõſ. cũ L. Volcatio Tullo anno V. C. 688.

M. AIMILIVS LEPIDVS conſ. Q. Lutatio Catulo an. V.C. 676. acta L. Syllæ reſcindere conatus arma civilia commovit.

Q. Fabius Max. degener.

Q. AIMILIVS LEPIDVS cõſ. cũ M. Volcatio anno V.C. 733.

M. AIMILIVS LEPIDVS prætor anno V.C. 704. conſul cum C. Caſare iii & ſimul mag. eq. ſub eodem Dict. anno V. C. 708, ac iterum conſ. cum L. Munacio Planco an. 712, Triumvir reip. conſtituendæ cũ C. Cæſare Oct. & M. Antonio, poteſtate ea à Caſare exutus vixit ad annum V. C. 740. Vxor huic fuit IVNIA, M. Bruti ſoror, & ex ea filius.

PAVLVS AIMILIVS LEPIDVS à fratre proſcriptus, ſed ſervatus, ab Auguſto Cenſor factus cum L. Munacio anno V.C. 732. Hunc quidam confundunt cum L. Aimilio Paulo, qui conſul fuit cum C. Marcello anno V.C. 704 ſed valdè perperàm.

M. AIMILIVS LEPIDVS conſ. cum T. Statilio Tauro anno V.C. 764.

M. AIMILIVS LEPIDVS à moderatione & ſapientiâ laudatus apud Tacitum & imperii capax judicat⁹ ab Auguſto: conſ. cum L. Arruntio anno V.C. 759.

L. AIMILIVS LEPIDVS conſ. cum C. Cæſare anno V. C. 734 maritus Iuliæ Auguſti neptis conjurationis in Auguſtũ reus perijt.

M. Æmilius Lepidus ob conjurationẽ contra Cæſarem Auguſtum à C. Mæcenate occiſus.

AIMILIA LEPIDA nupta Druſo Germanici filio, adulterij cum ſervo accuſata ſemet interemit.

AIMILIA LEPIDA ſponſa Claudij, qui poſt imperavit, ſed repudiata, nupta App. Iunio Silano.

Aimilius natus poſt patris damnationem, ideóq; alimentatio ejus vetita ab Auguſto.

L. Aimilius,

Q. Aimilius Barbula.

M. Aimilius BARBVLA.

Q. AIMILIVS BARBVLA conſ. cum Iunio Bruto Bubulco anno V. C. 438: iterum conſ. cum eodem anno 445.

Q. Aimilius, de quo nihil proditum.

L. AIMILIVS BARBVLA conſ. cum L. Marcio Philippo anno V. C. 473, bellum geſsit contra Tarentinos, Samnites, Salētinos, deque iis victis triumphavit.

L. Aimilius Barbula.

M. AIMILIVS BARBVLA conſ. cum M. Iunio Pera anno V. C. 524, Boios alioſq; Gallos Romam tendentes cum collegā territos repreſsit.

M. AIMILIVS NVMIDA X-vir ſacrorum obiit anno V. C. 544, belli Pun. II anno 9, qui an filius fuerit ſuperioris, incertum. Surrogatus ei fuit M. Aimilius Lepidus. Vide Livium lib. 26.

M. AIMILIVS PAPVS Dict. habend. comit. cauſa creatus anno V. C. 434, qui annis pactione Caudinā fuit infamis.

Cn. Aimilius Papus filiuſne aut frater aut agnatus fuerit, incertum.

Q. AIMILIVS PAPVS conſ. cum C. Fabricio Luſcino anno V. C. 472, iterum conſ. cum eodem anno 476, quo tempore bellum Tarentinū ei cum collega eſt demandatum: cenſor cum eodem anno 479.

L. AIMILIVS PAPVS conſ. cum C. Atilio Regulo anno V. C. 528, contra Gallos bellum geſsit, eorumque 40000 interfecit, 10000 cepit cum ipſo rege. Cenſor cum C. Flaminio anno V. C. 534.

M. AIMILIVS PAPVS curio ſacrorum maximus obiit anno V. C. 545, belli Pun. II anno 10. Livius lib. 27.

L. AIMILIVS PAPVS prætor Siciliam obtinuit anno V. C. 549 P. Cornelio Scipione, P. Licinio Craſſo Coſſ. X-vir ſacrorum: in quo ſacerdotio obiit anno V. C. 582, eique ſurrogatus fuit M. Valerius Meſſala. Vide Livium l. 28. & 42.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Aimilius Scaurus
obſcurus.

Aimilius Scaurus
& ipſe inglorius.

Aimilius Scaurus
carbonariam dicitur
exercuiſſe quanquam
gentis eſſet patritiæ.

Aimilius Scaurus
nullis honorib. aut
reb. geſtis clarus.

M. AIMILIVS SCAVRVS
primus hujus familiç ad remp.
acceſſit, ædilis, prætor, conſul
cum M. Cæcilio Metello anno
V. C. 639: proconſ. Ligures
domuit: cenſor cum M. Livio
Druſo anno 644 viam Aimi-
liam ſtravit: princeps ſenatus,
vir ſummæ in rep. autoritatis.

*CÆCILIA
Q. Metelli filia,
nupta primũ M.
Scauro, deinde à
morte ejus L.
Corn. Syllæ Fe-
lici.*

*Mutia Tertia
dimiſſa à Cn.
Pōpeio M. nup-
ta deinde M.
Aimilio Scauro.*

M. AIMILIVS SCAV-
RVS privignus L. Syllæ the-
atrum magnificentiſsimum
extruxit, de quo theatro
Plin. lib. 36 cap. 15. Cn.
Pompeij bello Mithrida-
tico proquæſtor. Vxor ejus
Mutia Q. Scævolæ filia à
Cn. Pompeio dimiſſa.

L. Aimilius Scau-
rus ob præſidium de-
ſertum à patris con-
ſpectu abſtinere juſſus
ſemet interemit.

Aimilia
bis nupta,
1 M. A-
cilio Gla
brioni, 2
Cn. Pom-
peio M.

*M. Acilius
Glabrio.*

M. AIMILIVS SCAV-
RVS variâ fortunâ jacta-
tus bello civili poſt cædem
C. Cæſaris Dictatoris.

*M. Acilius
Glabrio.*

Mamercus Aimilius
Scaurus prorſus degener,
ſub Tiberio imp. accuſa-
tus ſemet interemit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quinctii Cincinnati.

L. Quinctius,

L. Quinctius.

L. QVINCTIVS CINCINNATVS conſ. cum C. Claudio an. V. C. 294. ſuffectus P. Valerio Poplicolæ: Dict. anno 296 de Æquis ſub jugum miſsis triumphavit, cui aranti nuncius venit de Dictaturâ ipſi commiſsâ: iterum Dict. anno 315 per magiſtrum eq. Servilium Ahalam Sp. Melium ſeditionem agitantem occidit. Huic uxor Racilia.

- L. QVINCTIVS CINCINNATVS trib. mil. conſ. pot. an. V. C. 316: mag. eq. ſub Mam. Aemilio Dict. anno V. C. 317: iterû trib. mil. conſ. pot anno 330.
  - Q. QVINCTIVS CINCINNATVS trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 351.
  - T. Quinctius Cincinnatus obſcurus.
    - T. QVINCTIVS CINCINNATVS trib. mil conſ. pot. annis 362, 372: Dict. anno 377 de Prænestinis triumphavit.
      - T. QVINCTIVS CINCINNATVS conſ. cum C. Sulpitio v an. V. C. 403.
    - C. QVINCTIVS CINCINNATVS trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 376.
    - T. QVINCTIVS CINCINNAT. trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 378. Latinos Tuſculum obſidẽtes cum collega Sulpitio occidione occidit.
- C. Quinctius Cincinnatus.
- K. QVINCTIVS CINCINNATVS accuſatus à tribunis pleb. ante judicij diem ivit in exilium, Iuvenis fortiſſimus.
- T. QVINCTIVS CINCINNATVS PENNVS conſ. cû C. Iulio Mentone anno V. C. 324; iterum conſ. cum A. Cornelio Coſſo an. 327: bis trib. mil. conſ. pot. annis 329, 333.
  - L. QVINCTIVS CINCINNAT. PENNVS bis trib. mil. annis V. C. 370, 379.

Quinctii Capitolini.

T. QVINCTIVS CAPITOLINVS BARBATVS ſexies conſul, primum cum App. Claudio Sabino anno V. C. 283, ſextum cum Agrippa Menenio Lanato anno V. C. 315. Vir domi & militiæ egregius, ac longævus.

T. QVINCTIVS CAPITOL. BARBATVS conſ. cum N. Fabio Vibulano anno V. C. 334, trib. milit. conſ. pot. anno 351.

- T. QVINCTIVS CAPITOL. trib. mil. cõſ. pot anno V. C. 372. mag. eq ſub A. Cornelio Coſſo anno eod.
  - Q. QVINCTIVS CAPITOLINVS trib. mil. conſ. pot. an. V. C. 386.
  - T. QVINCTIVS BARBATVS CAPITOL. CRISPINVS Dict. an. V. C 395, mag. eq. an. 396. conſ. cû M. Fabio Ambuſto III an. V. C. 402.
    - T. QVINCTIVS CRISPINVS conſ. cum M. Marcello v anno V. C 546 ab Annibale circumventus perijt cum collegâ.
- L. QVINCTIVS CAPITOL. trib. mil. conſ. pot. anno 372.
  - L. QVINCTIVS CAPITOL. trib. mil. conſ. pot. an. V. C. 387.

Quinctii Flaminii.

L. Quinctius incertû quomodò cum ſuperiorib. cohæreat.

C. QVINCTIVS FLAMINIVS Flamen Dialis.

C QVINCTIVS FLAMINIVS NEPOS conſ. cum P. Furio Philo anno V. C. 531, conſ. II cum Cn. Servilio Gemino anno 537. ad Traſimenum cæſus ab Annibale.

- T. QVINCTIVS FLAMINIVS lumen clariſsimum hujus familiæ, conſ. cum Sex. Ailio Pæto Cato anno V. C. 556, Philippum Maced. regem victum in ordinem redegit, Græciæ libertatem reſtituit: cenſor cum M. Claudio Marcello an. V. C. 565.
  - T. QVINCTIVS FLAMINIVS in funere patris ſui ſumptuoſiſsimos ludos & epulas populo dedit anno V. C. 580. Flamen Quirinal. lectus anno 587.
    - T. QVINCTIVS FLAMINIVS conſ. cum M. Acilio Balbo anno V. C. 604.
      - T. QVINCTIVS FLAMINIVS APELLES conſ. cum Q. Cæcilio Metello anno V. C. 631: quem vidit Cicero, uti ipſe teſtatur in Bruto.
- L. QVINCTIVS FLAMINIVS Prætor anno V. C. 553. ſub fratre res in Græciâ geſsit: Conſ. cum Cn. Domitio Ahenob. anno V. C. 562: ob indignum facinus à M. Catone cenſore ſenatu motus anno 570: ſed poſtea in integrum reſtitutus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cornelii Scipiones.

P. Cornelius Scipio mag. equit. ſub M. Furio Camillo Dict. anno urbis cond. 360, bis trib. mil. C. P. an. V. C. 361. 362.

P. Cornelius Scipio primus ædilis curul. anno V.C. 390.

P. Cornel. Scipio mag. eq. ſub L. Furio Camillo an. V. C. 406.

L. Cornel. Scipio mag. eq. ſub Ap. Claudio Dict. an. V. C. 394. conſ. cum M. Popilio 406.

P. Cornel. Scipio Barbatus Dict. comit. habend. cauſa anno 449.

Cn. Cornel. Scipio nullum magiſtratū geſsit.

L. Corn. Scipio conſ. cum Cn. Fulvio anno V.C. 456.

L. Cornel. Scipio conſ. cum C. Aquillio anno V.C. 495.

Cn. Cornel. Scipio Asina conſ. cum C. Duillio anno V. C. 494: iterum conſ. cum A. Atilio anno 500.

L. Cornl. Scipio Hiſpalus, obſcurus.

HOSTVS LVCRETIVS TRICIPIT. incertum an ſuperioris filius, conſ. cum L. Sergio Fidenate II anno V. C. 326.

P. LVCRETIVS TRICIPIT. trib. mil. cō̃ſ. pot. an. V. C 337, & rurſum 339.

L. LVCRETIVS FLAVVS incertum quomodo cum aliis cohæreat: conſ. cum Ser. Sulpitio Cam. anno V. C. 363, trib. mil. conſ. pot. anno 365.

L. LVCRETIVS TRICIPIT. ter trib. mil. conſ. pot. annis ſcil. 369, 374, 376.

GEGANII.

Geganius Macerinus.

T. GEGANIVS MACERINVS conſ. cum P. Minutio, anno V. C. 262.

L. Geganius Macerin. legat' in Siciliam miſſus ad coemendum frumentũ. *Dionyſ. l. 7.*

M. Geganius Macerinus honorum expers.

L. Geganius Macerin. etiam honorum expers.

M. GEGANIVS MACERINVS conſ. cum C. Iulio Iulo anno V. C. 307, iterum conſ. cum T. Quinctio Capitol. v anno 311, III conſ. cum L. Sergio Fiden. anno 317. Cẽſor cum C. Furio Pacilo an. 319.

PROCVLVS GEGANIVS Macerin. conſ. cum L. Menenio Lanato anno V. C. 314.

L. GEGANIVS MACERIN. trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 378. *Liv. l. 6.*

M. GEGANIVS MACERINVS trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 389.

Sp. Nautius Rutilus.

Sp. Nautius Rutilus conſ. cum Sex. Furio Medullino anno V. C. 266.

C. Nautius Rutilus conſ. cum P. Valerio anno V.C. 279: iterum conſ. cum L. Minutio Augurino anno 296.

Sp. Nautius Rutilus honorum expers.

Sp. Nautius Rutilus trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 331.

Sp. Nautius Rutilus ter trib. mil. conſ. pot. annis V.C. 337, 340, 349.

C. Nautius Rutilus conſ. cum M. Papirio Mugillano anno V. C. 341.

Sp. Nautius Rutilus ſine honorib. maiorib. vixit.

Sp. Nautius Rutilus conſul cum M. Popillio Lænate anno V. C. 439.

Sp. Nautius Rutilus conſ. cum M. Claudio Marcello anno V. C. 467.

C. Calpurnius originem ducens à Calpo Numæ Pompilii filio.

C. CALPVRNIVS Prætor belli Punici II anno 8, V.C. 543.

C. CALPVRNIVS PISO prætor anno V. C. 568, de Luſitanis & Celtiberis triumphavit anno 570, Conſ. cum A. Poſtumio Albino anno 574, in conſulatu mortuus fraude conjugis Quartæ Hortenſiæ, viduæ Cn. Fulvii Flacci.

L. CALPVRNIVS PISO CAESONINVS ex Cæſonio Gallo natus, à Calpurnio Piſone adoptatus, conſ. cum Sp. Poſtumio Albino anno V. C. 606.

L. CALP. PISO CAESONINVS conſul cum M. Livio Druſo anno V.C. 642, à Tigurinis cæſus cum L. Caſsio.

L. Calpurn. Piſo Cæſoninus Inglorius.

L. CALPVRN. PISO CAESONIN. conſ. cum A. Gabinio an. 696. Cenſ. cum Ap. Claudio Pulchro anno 704, ſocer C. Cæſaris.

C. Calpurn. Piſo conſ. cum M' Acilio Glabrione anno 687 legem de ambitu tulit.

L. CALPVRN. PISO CAESONIN. Conſ. cum M. Livio Druſo Libone anno V. C. 739, Thraces, Beſſos, Scordiſcos domuit, Pōtifex, & urbis præfectus per annos 20. Ad hunc de arte poëticâ ſcripſit Horatius. Obiit ſub Tiberio imp. anno 774.

CALPVRNIA uxor C. Iulii Cæſaris Dictatoris.

L. CALP. PISO Conſ. cum M. Licinio Craſſo anno 780.

L. CALP. PISO conſ. cum Nerone imp. II anno V.C. 810: dicere ſolitus, neminem ſe in ſenatu videre, quem ipſe conſul ſententiam rogaſſet.

L. CALP. PISO Proconſul Africæ à Valerio Feſto legato occiſus. *Tacit. l. 24. Plin. epiſt. l. 3. ad Caninium.*

C. Calpurnius Piſo.

N. Calpurnius Galerianus juſſu Mutiani occiſus innocens ſub Veſpaſiano imp. — Calpurnia nupta Calpurnio Galeriano, *de quo Tacit. l. 20.*

L. Calpurnius Piſo.

L. Calpurnius Piſo.

L. CALPVRNIVS PISO primus ob frugalitatem FRVGI dictus, *Cic. pro Fonteio*, trib. pleb. anno V.C. 605 legem de repetundis tulit. Conſ. cum P. Mutio Scævola anno 621. Cenſor cum L. Metello Calvo anno 634.

P. CALPVRN. PISO FRVGI prætor in Hiſpania cæſus, paternæ frugalitatis imitator.

L. CALP. PISO FRVGI prætor anno V. C. 684. *Cic. act. 6 in Verrem.*

CN. CALPVRN. PISO partium Pompejanarum defenſor: dein Brutum Caſsium ſecutus: poſt conſ. beneficio Auguſti, cum ipſo Aug. anno 731.

CN. CALP. PISO ingenio violento, à Tiberio imp. Syriæ præfectus Germanicum Cæſ. veneno interemit: reus factus ſe met interfecit.

L. PISO AVGVR. Conſ. cum Coſſo Corn. Lentulo anno V. C. 752.

L. CALP. PISO præfectus Africæ ſub C. Caligula imp.

Cn. Calp. Piſo obſcurus.

M. Calpurn. Piſo inglorius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

C. Lælius obſcurus.

C. Lælius nullo honore aut rebus geſtis clarus.

C. LÆLIVS P. Scipionis Africani majoris amicus: ab eo claſſi in Hiſpaniâ præfectus, & captâ Carthagine novâ Romam cum captivis miſſus: dein Magonem Pœnum claſſe vicit, & in Africâ multa pro Scipione geſſit: poſt Scipionis triumphum ædilis curulis & prætor factus: denum conſul fuit cum L. Scipione P. fratre anno V. C. 564.

C. Lælius, de quo nihil proditum.

C. LÆLIVS SAPIENS apud Ciceronem diſputat de amicitia: prætor anno V. C. 608. Viriatum Luſitanum ſæpè Romanorum victorem ita fregit, ut reliquis facilem victoriam quaſi in manus traderet. Conſ. cum Q. Servilio Cæpione anno V. C. 614. *Huius filia commendantur à facundiâ apud Quintilianum, & Ciceronem in Bruto.*

Q. Mutius Scævola Augur, à ſocero in petitione augurat' Fannio prælatus.

Lælia maior nupta Q. Mutio Auguri, à L. Craſſo genero laudata apud Ciceronem l. 2 de oratore.

Lælia minor nupta C. Fannio M. F. hiſtoriæ ſcriptori.

C. FANNIVS trib. pleb. anno V. C. 567.

M. Fannius obſcurus, qui memoriam ſui filio debet.

C. FANNIVS STRABO conſ. cum M. Valerio Meſſala anno V. C. 593. autor legis Fanniæ ſumptuariæ.

C. Fannius M. F. hiſtoriæ ſcriptor, morib. & dicendi genere durior patruele ſuo, in ſocerū Lælium iniquior ob prælatum ſibi ab illo generum alterum Q. Mutium in petitione auguratus.

C. FANNIVS STRABO eloquentiâ celebris, conſ. cum Cn. Domitio Ahenob. ãno V. C. 632.

Q. Mutius Scævola Augur, iuriſperitiſsimus.

Mutia maior natu.

Mutia minor nupta L. Licinio Craſſo oratorum ejus ævi eloquentiſsimo.

M. FANNIVS prætor anno V. C. 672.

C. Fannius obſcuræ famæ.

Licinia major nupta C. Mario juniori conſuli anno V. C. 672.

Licinia minor nupta P. Scipioni Naſicæ temporib. Marianis exulanti.

L. Licinius Craſſus ab avo materno adoptatus.

P. CORNEL. SCIPIO NASICA ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatus, ut ait Cicero in Bruto.

P. CORNELIVS SCIPIO NASICA conſ. cum L. Domitio Ahenobarbo anno V. C. 738.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

P. AILIVS Quæſtor ex primis plebeis anno V. C. 347.

O

P. AILIVS PAETVS conſ. cum C. Sulpitio Longo anno V. C. 419.

P. AILIVS PAETVS Augur, mag. eq. ſub Q. Fabio Ambuſto Dict. com. habend. cauſâ an. V. C. 434, ſed vitio factus abdicavit.

C. AILIVS PAETVS trib. pleb. dein conſ. cum M. Valerio Max. anno V. C. 468.

P. Ailius Pætus obſcurus.

Q. AILIVS PAETVS Pont. prætor, conſulatum petens cum C. Terentio Varrone: in prælio Cannenſi occubuit anno V. C. 538.

P. AILIVS PAETVS poſt ædilitatem pl. prætor urb. anno V. C. 550, mag. eq. ſub Dict. C. Servilio comit. hab. cauſâ anno 551. Conſul cum Cn. Lentulo anno 553, quo bellum Punicum II eſt finitum, & pax Pœnis reddita: cenſor cum P. Scipione Africano anno 554: rurſum prætor anno 576, obiit anno 578.

S. AILIVS PAETVS CATVS conſ. cum T. Quinctio Flaminio anno V. C. 555. Italiam provinciam accepit collegâ Macedoniam ſortito: cenſor cum C. Cornelio Cethego: juris civilis peritiſs. unde ei Cati cognomen. De quo Ennius, *Egregiè cordatus homo Catus Ailius Sextus.*

Aimilia L. AIMILII PAVLI *filia, nupta Q. Ailio.* — Q. AILIVS PAETVS TVBERO legatus L. Aimilii Pauli ſoceri ſui bello Macedonico, Conſ. cum M. Iunio Penno anno V. C. 587. Galliam provinciam habuit, cum biennio antè Augur eſſet factus: fictilib. uti in menſa ſolitus. Vide Plin. l. 33. c. 11. Val. Max. l. 4. c. 3.

Q. AILIVS TVBERO Philoſophus Stoicus ob ſordes & perverſam ſapientiam in petitione præturæ repulſam tulit: Triumvir contra avunculi ſui Scipionis Africani teſtimonium judicavit: Graccho imprimis moleſtus.

L. Ailius Tubero hiſtoricus, Ciceronis neceſſarius, Græcis & Latinis literis eruditiſsimus. Q. Ciceronis legatus in Aſiâ: bello civili ab Actio Varo Africâ prohibitus.

Q. Ailius Tubero juriſconſ. Q. Ligarii accuſator defendente eundem M. Cicerone apud judicem C. Cæſarem. — *Sulpitia Ser. Sulpitii I. C. filia, nupta Q. Tuberoni.*

Q. AILIVS TVBERO conſ. cum Paulo Fabio Max. anno V. C. 743.

Ailia uxor L. Caſsii Longini.

CLAVDIVS IMP. Ailiæ maritus. — AILIA PAETINA Claudii imp. uxor leves ob cauſas ab eo repudiata.

C. CASSIVS LONGINVS I. C. Conſ. cum M. Vinitio Quartino anno V. C. 783.

ANTONIA nupta prius Cn. Pompeio, quem ſocer Claudius occidit, dein Fauſto Syllæ: demum à Nerone interempta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

P. Mucius SCÆVOLA

Q. MVCIVS SCÆVOLA prætor anno V. C. 539 belli Punici anno quarto, præſes Sardiniæ: obiit anno 545.

Q. MVCIVS SCÆVOLA Conſ. cum M. Aimilio Lepido II anno V. C. 579: res præclarè in Gallia & Liguria geſſit cum collegâ.

P. MVCIVS SCÆVOLA prætor urb. anno V. C. 575. Conſ. cum Sp. Poſtumio Albino anno 580, de Ligurib. triumphavit.

Q. Mucius Scævola honorum majorum expers.

P. MVCIVS SCÆVOLA trib. pl. anno V. C. 613 Cn. Servilio, Q. Pompejo Coſſ. Prætor anno 618. Côſ. cum L. Calp. Piſone Frugi anno 621: pont. max. poſt fratrem, mortuus φθειάσει.

P. LICINIVS CRASSVS MVCIANVS DIVES Pont. max. Conſ. cum L. Valerio Flacco an. V. C. 623, bello contra Ariſtonicum periit: ditiſſimus, nobiliſſ. eloquentiſſ. juriſperitiſſ. Gell. lib. I. c. 13. Uxor Venuleja.

Lælia filia C. Lælii Sapientis.

Q. MVTIVS SCÆVOLA AVGVR conſ. cum L. Cæcilio Metello anno V. C. 637: apud Ciceronem lib. de Oratore colloquitur cum L. Craſſo & M. Antonio de ſtudio eloquentiæ; L. Syllæ liberè contradixit in curiâ pro C. Mario. Gener C. Lælii Sapientis.

Q. MVCIVS SCÆVOLA Pont. trib. pl. anno V. C. 648. Q. Servilio, C. Atilio Coſſ. conſ. ipſe cum C. Licinio Craſſo an. 659: Aſiam ſanctiſſimè adminiſtravit: juriſperitorum eloquentiſſ. & eloquentium juriſperitiſſimus à Cicerone nuncupatus: à Damaſippo præt. Mariano in veſtibulo Veſtæ occiſus.

Mucia nupta M' Acilio Glabrioni.

Licinia nupta C. Sulpitio Galbæ oratoris F.

P. Licinius Craſſus ante patrem obiit.

Licinia nupta C. SEMPRONIO GRACCHO.

Q. MVCIVS SCÆVOLA Augur juris peritiſſimus.

Mucia nupta L. Licinio Craſſo oratori.

Mucia nupta C. Mario juniori.

P. MVCIVS SCÆVOLA pont. cum Q. Metello Pio Pont. Max.

Mucia nupta Cn. Pompejo M. ob impudicitiam ab eo dimiſſa, dein conjux facta M. Aimilii Scauri.

M. Aimilius Scaurus L. Syllæ privignus.

M. AIMILIVS SCAVRVS poſt cædem C. Cæſaris M. Bruti & C. Caſſii partes ſecutus, iiſque everſis ad Sex. Pompejum profectus; Pompejo occiſo ad M. Antonium ſe contulit: demum per matrem Cæſari Aug. reconciliatus.

L. IVNIVS C.F.L.N. PVLLVS conſ. cum P. Claudio anno V.C.505. rè malè geſtâ contra Pœnos metu judicii ſemet peremit.

M. IVNIVS L.F.C.N. BRVTVS, ἄτιμος.

T. Iunius L.F.C.N. BRVTVS, quem Cicero in Bruto Tribunitiũ vocat: facundus, & vita ſplendidus, ob invaletudinẽ honores non adiit.

M. IVNIVS BRVTVS PENNVS Præt. anno V.C.564. Livius l.35. Conſ. cum A. Manlio anno 576.

M. IVNIVS M.F.M.N. PENNVS præt. anno V.C.582. Liv. l.42. Conſ. cum Q. Ailio an.587.

M. IVNIVS M.F.M.N. PENNVS trib. pl. anno V.C.628, ædilitiꝰ obiit.

D. IVNIVS M.F.M.N. PENNVS Augur, conſ. cum P. Cornelio Scip. Naſicâ anno V.C.616. Hiſpaniam ult. ſortitus præclarè rem geſſit contra Luſitanos, deq; iis triumphavit anno 622, dictus Gallaicus. De hoc Cicero in Lælio & Bruto, & l. 3 de legib. Val. l.6.c.4.l.8.c.15.

M. Iunius M.F.M.N. SILANVS conſ. cum Q. Cæcilio Metello anno V.C.645 cum Cimbris pugnavit infeliciter: à Cn. Domitio accuſatus apud populum eſt abſolutus. Cic. in Bruto, & 1 ac 2 in Verrem.

D. IVNIVS D.F.M.N. BRVTVS conſ. cum M. Æmilio Lepido an. V.C.677. Cic. in Bruto, Iul. Obſequens, Aſconius in Cornelianam.

D. IVNIVS SILANVS conſ. cum L. Murenâ anno V.C.692.

D. IVNIVS BRVTVS conſ. deſignatus à C. Cæſare Dict. in hujus necem cum M. Bruto & C. Caſſio conſpiravit; à morte C. Cæſaris Mutinæ ab Antonio obſeſſus: incertum, prioris filius fuerit, an non.

M. IVNIVS SILANVS conſ. cum C. Iulio Cæſ. Aug. IX anno V.C.729.

PORCII CATONES.

M. Porcius Tuſculanus, ſtrenuus miles, ab imperatoribus & rep. laude & præmiis honoratus.

M. Porcius.

M. Porcius domi bonus civis, foris fortis miles.

L. AEmil. Paulus, qui Perſea regem devicit.

Licinia prior uxor Catonis.

M. PORCIUS PRISCUS CATO ob rerum peritiam ac prudentiam nuncupatus, cognomento CENSORIUS, quæſtor anno V. C. 542. ædilis anno 546, prætor anno 550, Conſ. cum L. Valerio Flacco anno 559, cenſor cum eodem anno 570.

Salonia uxor altera Catonis, filia clientis ejuſdem.

AEmilia.

M. Porcius CATO prætor & juriſc. vir fortiſsimus obiit ante patrem.

M. Porcius Cato Salonianus.

M. PORCIUS CATO Conſ. cum Q. Marcio Rege anno 636, Orator egregius.

M. PORCIUS CATO prætor obiit in Gallia.

C. PORCIUS CATO conſ. cum M' Acilio Balbo, anno V. C. 640, repetundarum damnatus ex Macedonia, exul Terraconelis æſtimata 4000, id eſt, H-S. 18000.

Livia filia M. Livii Druſi conſulis & cenſoris: iterum nupta Q. Servilio Capioni.

M. PORCIUS CATO obiit in petitione Præturæ: laudatus à Valerio Max. l. 8. c. 2.

L. PORCIUS CATO conſ. cum Cn. Pompeio Strabone anno V. C. 665: cecidit in prælio contra Marſos, obtrectator C. Marii.

MARCIA *filia L. Marcii Philippi, uxor Catonis.*

M. PORCIUS CATO UTICENSIS, philoſophus Stoicus trib. pl. anno V. C. 692, pecuniæ Cypriæ in ærarium referendæ præfectus anno 696: prætor anno 699. Uticæ ſemet interemit in bello civili.

PORCIA nupta L. Domitio Ænob. Cujus hoc dictum: *Fœlix & pudica matrona non nubit niſi ſemel.*

M. PORCIUS CATO à Cæſare victore in gratiam receptus: prælio Philippenſi occidit.

PORCIA nupta 1 M. Calp. Bibulo. 2 M. Bruto, qui Cæſarem occidit, fœmina laudatiſsima.

M. PORCIUS CATO prætor ſub Tiberio imp.

M. LIVIVS DRVSVS, qui ex hoſte cæſo primus hoc cognomen tulit.

M. Livius Druſus obſcurus.

M. PORCIVS CATO Cenſorius familiæ lucem dedit.

C. LIVIVS DRVSVS conſ. cum P. Scipione Africano anno V. C. 607.

Q. SERVILIVS Cæpio conſ. cum C. Lælio Sapiente anno V. C. 614.

M. Porcius Cato Salonianus.

M. LIVIVS DRVSVS trib. pl. conſ. & cenſor, ſenatus patronus.

Q. SERVILIVS CAEPIO cõſ. cum C. Atilio an. V. C. 648, à Cimbris victus ac ob aurum Toloſanum damnatus.

M. PORCIVS CATO in petitione præturæ mortuus: prior Liviæ maritus.

LIVIA ſoror M. Livii Druſi cultro ſutorio in atrio domus ſuę perempti; bis nupta.

Q. Servilius Cæpio fœdus decoctor, poſterior maritus Liviæ.

Porcia nupta L. Domitio.

M. PORCIVS CATO Vticenſis, qui ſemet Vticæ interfecit.

SERVILIA bis nupta, 1 M. Bruto, 2 D. Silano, parum caſta, amica C. Cęſaris.

Q. SERVILIVS Cæpio prætor anno V. C. 709, frater uterinus M. Catonis Vticenſis.

Servilia nupta L. Lucullo, etiam parum pudica.

M. Porcius Cato in prælio Philippeſi fortiter dimicans periit.

PORCIA uxor M. Bruti, qui C. Cæſarem occidit: fœmina fortiſsima, patre & marito digna.

M. IVNIVS BRVTVS princeps conjurationis contra C. Cæſarem Dict. Cui uxores duę, prior Claudia Ap. Claudii Pulchri filia, altera Porcia M. Catonis filia.

IVNIA nupta C. Caſsio, qui cum Bruto Cæſarem interemit: annus obiit ſub Tiberio imp.

IVNIA nupta M. Aimilio Lepido III-VIRO.

M. IVNIVS BRVTVS in acie ad Philippos fortiter pugnans occubuit.

M. Aimilius Lepidus ob conjurationem contra Cæſ. Auguſtum à Mecænate occiſus.

M. IVNIVS SILANVS conſ. cum Q. Cæcilio Metello Numidico anno V.C. 645, victus à Cimbris in Gallia.

Servilius Cæpio decoctor inſignis.

M. IVNIVS SILANVS ad conſulatum non pervenit.

M. IVNIVS BRVTVS præturam petiturus dum Galliam pro M. Lepido tuetur, à Cn. Pompeio eſt occiſus, prior Serviliæ maritus.

Servilia bis nupta, C. Cæſaris amica.

D. IVNIVS SILANVS conſ. cum L. Licinio Murena anno V.C. 692 primus ſententiā rogatus à M. Cicerone conſule dixit in P. Lentulū Suram & Cethegum cæteroſq; conjuratos, Catilinæ ſocios: vitricus M. Bruti, obiit ante Hirtium & Panſam Coſs.

M. IVNIVS BRVTVS, qui C. Cæſarem Dict. cum C. Caſſio & ſociis reliquis in curiā occidit.

M. IVNIVS SILANVS C. Cæſaris in Gallia legatus: poſt cædem Cæſaris M. Lepido conjunctus, dein variā jactatus fortunā, conſ cum Cæſ. Auguſto IX anno V.C. 729.

IVNIA uxor M. Lepidi Pōt. Max. & III-viri: de quā Cicero in epiſtolis ad M. Brutum.

IVNIA Tertulla nupta C. Caſſio, qui cum M. Bruto Cæſarem occidit, anus grandæva ſub Tiberio imp. mortua.

M. Iunius inglorius.

C. Iunius etiam obſcurus.

M. IVNIVS SILANVS conſ. cum L. Norbano Balbo anno V.C. 772. Proconſ. Africæ ſub C. Caligula imp. à quo quanquā genero ſuo ad mortem eſt adactus.

D. Iunius Silanus in nepte Auguſti adulter, ab exilio à Tiberio revocatus. Tacit. lib. 3.

C. IVNIVS SILANVS conſ. cum P. Cornel. Dolabella anno V.C. 763, reus repetundarum ex Aſiā à Tiberio imp. in exilium actus, Flamē Martialis. Vide Tacit. l. 3.

Torquata.

IVNIA CLAVDILLA prima uxor C. Caligulæ imp.

APP. IVNIVS SILANVS conſ. cum P. Silio Nerva anno V.C. 781: occiſus à Claudio imp. Cui uxor prior AIMILIA LEPIDA, Aimilii Pauli, & Iuliæ neptis, Auguſti filia: altera LEPIDA mater Maſſalinæ uxoris Claudii imp.

L. IVNIVS SILANVS gener Claudii imp. per Octaviam ſponſam, Claudii filiam: ipſo die nuptiarum Claudii & Agrippinæ ſemet interemit: natus ex Aimilia.

Iunia Calvina nurus Vitellii, vixit uſque ad noviſſima tempora Veſpaſiani imp. nata etiam ex Aimiliā.

M. Iunius Silanus ex eādem Aimiliā natus eodem die, quo obiit Auguſtus imp. aurea pecus à C. Caligulā dictus: ab Agrippinā everſus.

D. IVNIVS SILANVS natus ex Lepidā poſteriore: conſ. cum Q. Haterio anno V.C. 806.

IVNIA SILANA etiam nata ex Lepida poſteriore, nupta C. Silio.

N. SILANVS TORQVATVS ob claritudinem generis, qui etiam Auguſtum imp. atavum præferret, à Nerone imp. mori fuit coactus anno V.C. 717. Tacit. l. 15.

M. Silanus obſcurus ſolum nomen ad poſteros tranſmiſit.

LEPIDA C. Caſſio I.C. nupta poſt exilium mariti apud ſenatum inceſti cum fratris filio commiſſi accuſata, relecta ad cognitionē ipſius Cæſaris.

C. Caſſius I.C. à Nerone imp. in Sardiniam inſ. deportatus.

L. SILANVS educatus à C. Caſſio amitæ ſuæ marito, eodem tempore cum Caſſio in exilium deportatus juſſu Neronis imp. & Barii in Apulia quò deportatus erat, occiſus, juvenis fortiſſimus, in quo poſteritas Auguſti imp. defecit. Factum anno V.C. 818 P. Silio & C. Iul. Attico Veſtino coſs. Tacit. lib. 16.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

L. Acilius.

L. ACILIVS Prætor anno V. C. 557, quo anno primum ſex prætores fuere.

C. ACILIVS Prætor.

M' ACILIVS cum M. Atilio in Ægyptum miſſus legatus ad Ptolemæum regé anno V. C. 544

M' ACILIVS GLABRIO Præt. anno V. C. 558: conſ. cum P. Scipione Naſica anno 562 Antiochum M. Syriæ regem ad Thermopylas prælio magno vicit, deque eo triumphavit: X-vir ſacrorum factus anno 554: in petitione Cenſuræ repulſam paſſus.

M' ACILIVS Glabrio ædem Pietatis, quam pater in pugnâ ad Thermopylas voverat, dedicavit: conſ. cum Q. Opimio anno V. C. 600. L. Poſtumio mortuo ſurrogatus.

M' ACILIVS GLABRIO legem Aciliam de pecuniis repetundis acerrimam tulit, per quam comperendinatio vetita, auctor *Aſconius.* — MVTIA *Q. Mutii Scævolæ juris conſultiſſimi filia, P. Scævolæ neptis, nupta Glabrioni.*

M' ACILIVS GLABRIO, præt. anno V. C. 685, apud quem Cicero Verrem accuſavit: conſ. cum C. Calp. Piſone anno V. C. 687. Ciliciæ præfuit. — AEMILIA *M. Aimilij Scauri filia, Glabrionis uxor.*

M' ACILIVS GLABRIO bis à Cicerone in iudicio capitis defenſus: proconſul Siciliæ ſub C. Cæſare, & eiuſdem legatus in bello civili.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

C. LIVIUS DENTER mag. eq. ſub C. Claudio Dict. anno V.C. 408.

M. LIVIUS DENTER honorib. non eſt functus.

M. LIVIUS DENTER conſ. cum M. Aimilio Paulo anno V. C. 451. Pont. anno 459, quo P. Decius IIII conſ. ſe devovit.

M. LIVIUS X-vir cum M. Aimilio faciendis ludis ſæcularib. anno V. C. 518.

M. LIVIUS gentis ſuæ clariſs. SALINATOR in cenſura appellatus, conſ. cum L. Aimilio Paulo anno V. C. 535 triumphavit de Illyriis: damnatus judicio populi ruri diu vixit: tandem in urbem retractus iterum conſ. creatus cum C. Claudio Nerone anno 547: reverſus in gratiam cum collega Aſdrubalem fratrem Annibalis cum exercitu delevit ad Metaurum fl. victorq; triumphavit: Dict. comit. hab. gratiâ à collegâ electus: cenſor cum eodem collega C. Claudio anno 550 omnes tribus damnatas ærarias fecit.

C. LIVIUS SALINATOR Pont. & prætor anno V.C. 566, obiit anno 588.

M. Livius Salinator inglorius.

M. LIVIUS ÆMILIANUS DRUSUS, qui hoſtium duce Drauſo cominus cæſo hoc ſibi & poſteris ſuis cognomen invenit, ex Aimiliâ gente in Liviam per adoptionem tranſlatus.

M. Livius Druſus obſcurus.

C. LIVIUS M. F. M. N. DRUSUS conſ. cum P. Cornelio Scip. Africano poſteriore anno V.C. 607.

Cornelia nupta M. Livio, ex qua liberi

M. LIVIUS DRUSUS trib. pl. anno V.C. 632 ob eximiam operam ſenatui navatam contra C. Gracchum patronus ſenatus appellatus: præt. anno 639: conſul cum L. Calpurnio anno 642: cenſor cum M. Aimilio anno 645, in hoc magiſtratu mortuus.

C. Livius Druſus in oratorum numero cum fratre memoratus à Cicerone in Bruto. Hic an... *ſit, an verò hujus pater, cujus domum etiam ... & cæci conſultorib. implere ſolere idem Cicero in ... lib. 5 Tuſcul. quæſtion. ſcribit, & Valer. Max. ... 8, cap. 7. dubito.*

M. LIVIUS DRUSUS Pont. trib. pl. anno V.C. 663, nobiliſs. eloquentiſs. ſanctiſs. à Velleio Paterculo nominatus: judicia lege Sempr. ſenatui adempta reſtituere eidem conatus, ſed à ſenatu ſpretus ad plebem tranſiit, legemque cœpit ferre de civitate Rom. ſociis danda, magnorum motuum cauſam. Verùm ipſe interea in atrio domus ſuæ cultro ſutorio percuſſus periit.

LIVIA bis nupta, 1 M. Catoni, 2 Q. Servilio Cæpioni.

C. Livius Druſus, de quo nihil accepimus.

L. Livius Druſus CLAUDIANUS ex Claudia gente in Liviam adoptatus.

L. Livius Druſus bello civili Bruti & Caſſii partes ſecutus poſt infelicem pugnam ad Philippos in tabernaculo ſemet interemit.

M. LIVIUS L. F. DRUSUS LIBO conſul cum L. Calp. Piſone anno V.C. 739.

LIVIA DRUSILLA AUGUSTA poſt Tib. Neronem OCTAVIANO AUGUSTO nupta.

Tib. Claudius NERO *Quæſtor, Pont. Prætor anno V.C. 712 ... fortunâ ... tatus conjugem Liviam prægnantem C. Cæſari Octavio* AUG. *ceſſit.*

TIBERIUS CLAUDIUS NERO IMP. ab Auguſto adoptatus.

CLAUDIUS DRUSUS Germanicus N... domi Cæſaris Aug. natus, periit in Germania... Cui nati ex Antoniâ maiore

GERMANICUS CAESAR adoptatus à Tiberio patruo.

TIB. CLAUDIUS IMP.

CORNELII SYLLAE.

P. CORNEL. RUFINUS Dictator dictus à ſenatu ob famam belli Samnitici anno V. C. 432.

P. CORN. RUFINUS Conſ. cum M' Curio Dentato, anno V. C. 464. Conſ. iterum cum C. Iunio Bub. an. 477. Dict. 478.

P. Cornel. Rufinus.

P. CORNEL RUFINUS SYLLA Prætor inter pereg. ac X vir an. 541.

P. CORNEL. SYLLA Prætor anno V.C. 565 Siciliam provinciam obtinuit.

Ser. Cornel. Sylla legatus provinciæ Maced. conſtitutus anno 587.

P. Cornel. Sylla obſcurus.

L. Cornel. Sylla etiam obſcurus.

CAECILIA vidua M. Æmilii Scauri, nupta Syllæ.

L. CORNEL. SYLLA FOELIX Conſ cum Q. Pompejo Ruſo anno V. C. 666. dux belli civilis contra C. Marium, Dict. reip. conſtit. creatus anno 673. iterum Conſ. cum Q. Metello anno 674. Obiit 676 anno ætatis 60. Cui uxores fuére 4.

P. Cornel. Sylla obſcurus.

Cornel. Sylla.

L. Cornel. Sylla. *Cic. epiſtolarum fam. 9. & 15.*

P. CORN. SYLLA Quæſtor ſub Sylla. Conſul deſign. cum P. Autronio Pæto anno V.C. 689. ambitus damnatus magiſtratum non iniit.

P. CORN. SYLLA.

Ser. Cornel. Sylla.

ſocii Catilinæ teſte Saluſtio.

FAUSTUS CORN. SYLLA à P. Sitio captus & occiſus. Cui uxor Pompeia, filia Cn. Pompeij M.

FAUSTA nupta Q. Pompejo Ruſo, C. Memmio, T. Annio Miloni.

Filia poſtuma ex 4 conjuge Valeriâ Meſſalæ filiâ, ſorore Q. Hortenſii Orat.

L. CORN. SYLLA conſul cum C. Cæſ. Aug. 749.

L. CORN. SYLLA cōſ. ſub Tiberio imp. anno 784 cum Servio Sulpitio Galba.

N. Corn. Sylla *ſenatu motus ſub Tiberio ob prodigalitatem. Tac. l. 2.*

CORNELIA nupta Æmilio Lepido.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cn. Pompeius.

Sex. Pompeius.

CN. POMPEIUS STRABO prætor cum Picentib. bellum vario ſi a fortunâ geſsit. Conſ. cum L. Portio Catone anno V. C. 665: proconſul Marſos, Veſtinos, Pelignos vicit & triumphavit. Varias bello civili Mariano Fulmine ictus periit. Vxor Lucilia.

Sex. Pompeius ingenium præſtantiſſimum contulit ad juris civilis & Geometriæ, & Stoicæ philoſophię diſciplinam. *Cic. in Bruto & de Oratore l. 3, Phil. 12.*

CN. POMPEIUS MAGNUS III conſ. periit bello civili in litore Ægypti. Vxores ejus 5. 1 Antiſtia repudiata, 2 Æmilia M. Scauri filia Syllæ privigna, 3 Mutia Q. Scævolæ filia, dimiſſa ob impudicitiã: ex qua ſola liberi nati, 4 Iulia. 5 Cornelia.

Pompeia nupta M. Memmio Pompeii Quæſtori in Hiſpania contra Q. Sertorium.

Claudia Appij fil.

CN. POMPEIUS ad Mundam in Hiſpania fugiens periit.

SEX. POMPEIUS bellum contra Triumviros geſſit: à M. Antonio occiſus anno V. C 720. Vxor Scribonia L. Libonis filia.

POMPEIA nupta Fauſto Syllæ, & poſt eum Q. Servilio Cæpioni.

N. Pompeius obſcurus.

Pompeia à patre M. Marcello deſponſata. *Vide Dionem l. 48 Eutrop 7. Zonaram in Octaviano.*

CORNELIA nupta Æmilio Lepido.

CN. POMPEIUS M. nobiliſſimus adoleſcens. Cui uxor Antonia filia Claudii Imp. Fraude ſoceri interemptus.

A. Pompejus Rufus.

Q. POMPEIVS RVFVS conſ. cum Cn. Servilio anno V. C. 613: proconſ. rem malè geſſit in Hiſp. Cenſor cum Q. Metello Maced. 623.

Q. POMPEIVS RVFVS Prætor urb. anno V. C. 664 conſ. cum L. Cornelio Sylla anno 666 in magiſtratu à milit. ſuis occiſus.

A. Pompejus Rufus obiit in Capitolio cum Deos ſalutaſſet. Plin. l. 7. cap. 53.

Pompeia nupta Cn. Sicinio.

FAVSTA Cornelia L. Sylla filia.

Q. POMPEIVS RVFVS gener L. Syllæ ab emiſſariis P. Sulpitii trib. pleb. occiſus anno V. C. 666. Cui uxor Fauſta Cornelia L. Syllæ F.

A. Pompejus Bithynicus vir eruditus & eloquẽs. Cic. in Bruto.

POMPEIA nupta Cæſari Dict. adulterata à Clodio.

Q. POMPEIVS RVFVS trib. pl. in carcerem juſſu Senatus conjectus, quod comitia impediret: quem Dion Syllę θυγατριδοῦν appellat.

A. POMPEIVS BITHYNICVS Prætor in Sicilia a Sexto Pompejo Magni filio occiſus. Appian. 4. Dion. 49.

SEX. POMPEIVS Sex. F. Rufus conſ. cum L. Cornificio anno V. C. 719. Dion. l. 49.

SEX. POMPEIVS RVFVS conſ. cum S. Apulejo an. V. C. 767. Dion. l. 56.

CINNAE

L. Cornelius Cinna.

L. CORNEL. CINNA conſ. cum L. Caſsio Longino anno V. C. 627.

L. CORNEL. CINNA Marianarum partium dux, quater conſul, ab exercitu ſuo interemptus anno V. C. 670.

Annia uxor Cinnæ.

L. CORNEL. CINNA M. Aimilii Lepidi factioni adhæſit: dein Sertorium ſecutus à C. Cæſare patriæ eſt reſtitutus.

CORNELIA nupta C. Cæſari.

Cornelius inglorius.

CORNELIA nupta Cn. Domitio Ahenobarbo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf


C Marius Gratidius Arpinas.
M.TVLLIVS CICERO Arpinas reſtitit M.Gratidio Arpini legem tabellariam ferenti.
GRATIDIA nupta M. Tullio Ciceroni, oratoris avia.
M.GRATIDIVS Arpinas legis tabellariæ apud ſuos autor.
Fulcinia nupta M. Gratidio, mater C. Marij.
Helvius.
C. Acu leo familiaris L. Craſſi Oratoris.
Soror M.Ciceronis, Oratoris matertera.
HELVIA opulenta nupta M. Tullio.
M.TVLLIVS CICERO Arpinas. Cic. initio l. 2 de Orat.
L.Tullius Cicero Arpinas. Cic. ibid.
C MARIVS VII conſ. dux belli civilis contra L. Syllā, maritus Iuliæ amitæ C. Cæſaris Dict. ex qua natus C. Marius junior.
M.MARIVS GRATIDIANVS prætor inſigni aſtu collegas & tribunos pl. decepit: crudeliter manu Catilinæ juſſu Syllæ occiſus.
Aculeones Ciceronis Oratoris coſobrini. Cic. initio lib. 2 de oratore.
M. TVLLIVS CICERO ORATOR, cōſul cum C. Antonio an. V.C. 691, cū prætor fuiſſet an. 688. Cui nati ex Terentiā.
Q.TVLLIVS CICERO prætor anno V.C.691: ex prætura Aſiæ proconſul per triennium: occiſus à Triumviris. Cui uxor Pomponia Attici ſoror.
L. Tullius Cicero, cujus obitum deplorat Orator in epiſ. ad Atticum.
C.MARIVS junior conſ. cum Cn. Papirio Carbone III anno V.C.672: ætatis ſuæ 25: in conſulatu periit Præneſte.
N. Gratidius legatus Q. Ciceronis proconſulis in Aſia, incertum filiusne, an nepos, an agnatus ſuperioris, de quo M. Cicero Orator epiſtola 1 ad Q. fratrem.
TVLLIA ter nupta, C. Piſoni Frugi, C. Furio Craſſipedi, P. Cornelio Dolabellæ.
M.TVLLIVS CICERO degener, cōſ. cum C. Cæſare Aug. IIII ex Cal Septemb. anno V.C.724, bibax & dicax.
Q. TVLLIVS CICERO ingenii varii: tandem cum patre à Triumviris proſcriptus & occiſus.
C.Marius, de quo Cicero ad Atticum lib. 12 ep. 47. non ſatis certū, an proximè ſuperioris filius: quod putant plerique.

M. POMPONIVS ædilis anno V.C. 672 antiquiſsimi generis.
— *Q. Cæcilius Metellus equeſtris ordinis.*

N. Pomponius in equeſtri gradu conſtitit.
— Cæcilia *nupta Pomponio.*

C. Cæcilius Metellus eques Rom. prædives.

PILIA *M. Pilij filia, T. Pomp. Attici uxor.*
— T. POMPONIVS ATTICVS adoptatus ab avunculo Cæcilio Metello, M. Ciceronis amicus ſummus, Cæſari Auguſto carus, obiit anno V. C. 722, ætatis ſuæ 78.

Pomponia nupta Anicio.

POMPONIA nupta Q. Ciceroni.
— Q. TVLL. CICERO *M. Ciceronis Oratoris frater germanus.*

M. VIPSANIVS AGRIPPA *Cæſaris Auguſti ſummus amicus, & poſtea gener.*
— POMPONIA nupta M. Vipſ. Agrippæ.

Anicia nupta Ser. Sulpitio nepoti Ser. Sulpitii, qui frater fuit P. Sulpitii Oratoris à Syllanis occiſi.

Q. TVLLIVS CICERO ingenii admodum varii, à IIIviris proſcriptus, & cum patre occiſus.

VIPSANIA AGRIPPINA nupta Tiberio Neroni, qui poſtea imperavit.
— *TIBERIVS NERO, qui poſtea à Cæſare Auguſto adoptatus imperavit.*

DRVSVS ante patrem obiit.
— Livilla *Tiberii Imp. fratre Druſo nata, adulterata à Seiano Prætorii præfecto.*

TIBERIVS à C. Caligula imp. necatus.

IVLIA nupta Neroni avunculi ſui Germanici filio.

C. Marcius.

L. Marcius.

C. MARCIVS RVTILVS conſ. cum Cn. Manlio Capitol. anno V. C. 399: primus è plebe Dict. anno 400, conſ. II cum P. Valerio Poplicolâ anno 404: cenſor primus ex plebe cum Cn. Manlio anno 405, conſ. III cum T. Manlio Torq. anno 412: conſ. IIII cum Q. Servilio Ahala anno 414, Pont.

C. MARCIVS RVTILVS conſ. cum Q. Fabio Max. Rulliano anno V. C 446: cenſor cum P. Cornelio Arvinâ anno 460: cenſor II cum Cn. Cornelio Blaſio anno 489. CENSORINVS in hoc magiſtratu appellatus.

N. Marcius obſcurus.

C. Marcius itidem obſcurus.

L. MARCIVS CENSORINVS ædilis Curul. anno V. C. 588 cum acta eſt Terentii Hecyra, conſ. cum M. Manilio anno 605 Carthaginem obſidere cœpit bello Punico III. Cenſor cum L. Cornel. Lentulo anno 607.

L. MARCIVS CENSORINVS in partib. Marianis cum eſſet, Cn. Octavium conſulem occidit: à L. Sylla viciſsim interemptus.

L. Marcius Cenſorinus obſcurus vixit.

C. MARCIVS CENSORINVS conſ. cum C. Aſinio Gallo anno V. C. 746. *Ad hunc ſcripſit Horatius Oden 8, l. 4 Carminum.*

C. Marcius Cenſorinus, de quo nihil proditum.

L. Marcius Cenſorinus obſcurus.

L. MARCIVS CENSORINVS conſ. cum C. Calviſio Sabino anno V. C. 715: triumphavit ex Macedoniâ Kal. Ianuariis.

C. MARCIVS CENSORINVS Latinis & Græcis literis eruditus: *de quo Cicero in Bruto.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Q. Marcius.

Q. Marcius

Q. MARCIVS PHILIPPVS, fortè Q. Marcii Tremuli filius, conſ. cum L. Aimilio Barbula anno V.C. 473 initio belli Tarentini.

L. Marcius obſcurus.

Q. MARCIVS PHILIPPVS prætor anno V. C. 566, Siciliæ præſes: conſ. cum Sp. Poſtumio anno 568 quæſtionem de Bacchanalib. exercuit: contra Ligures Apuanos infeliciter res geſſit: Legatus in Macedoniam ad Philippum R. miſſus: eòdem poſt aliquot annos miſſus ad Perſea R. iterum conſ. cum Servilio Cæpione anno V.C. 585, initium fecit belli contra Perſea R. Cenſor cum L. Aimilio Paulo anno 590.

Q. Marcius Philippus ſub patre militavit in Macedonia. — *Claudia amita P. Claudij Pulchri, nupta Q. Marcio Phil.*

Gellia conſularis viri filia. — L. MARCIVS PHILIPPVS conſ. cum Sex Iulio Cæſare anno V.C. 664 ſurgente bello ſociali vel Italico: facundiâ & Græcis Latiniſq; literis clarus, L. Craſſo Oratori adverſans in gerenda rep. cenſor cum M. Perpenna anno 668. Vir planè illuſtris.

L. MARCIVS PHILIPPVS conſ. cum Cn. Lentulo Marcellino anno V.C. 698, ſocer M. Catonis Vticenſis, & vitricus C. Cæſaris Octaviani Augusti, autor privigno invidioſæ hæreditatis Cæſarianæ non adeundæ: legatus cum L. Piſone & Ser. Sulpitio ad M. Antonium bello Mutinenſi. — ACCIA *bis nupta, prius C. Octavio, deinde L. Philippo.* — C. OCTAVIVS *ex pretura Macedoniæ præſes: repentinâ morte obiit.*

L. Marcius Philippus obſcurus.

MARCIA ſecunda uxor M. Catonis Vticenſis, fæmina admirabilis.

C. CAES. OCTAVIANVS AVGVSTVS.

Octavia.

MARCIA nupta Q. Fabio Max. familiaris Liviæ Auguſtæ.

M. CATO junior Vticenſis filius.

PORCIA nupta M. Iunio BRVTO.

Q. MARCIVS REX trib. pl. anno V.C. 558.

P. MARCIVS REX legatus cum M. Cethego, & M. Fulvio ad C. Caſſium conſulem anno V.C. 583.

Q. MARCIVS REX prætor, aquam Marciam in urbē deduxit. Plin. lib. 36 cap. 11.

Q. MARCIVS REX conſ. cum M. Portio Catone anno V.C. 636. Proconſ. de Ligusibus triumphavit.

MARCIA nupta C. Iulio Cæſari, Dictatoris avia. — C. IVLIVS CAESAR.

Q. MARCIVS REX filius unicus ante patrē obiit.

C. IVLIVS CAESAR prætorius repentinā morte deceſſit.

IVLIA nupta C. MARIO VII conſ.

CLODIA *ſoror P. Clodij parum pudica, uxor Q. Marcij.* — Q. MARCIVS REX conſ. cum L. Cæcilio Metello anno V.C. 686, qui collegā in magiſtratu mortuo ſolus in reliquam anni partem conſulatum geſſit.

C. IVLIVS CÆSAR Dictator.

C. MARIVS junior conſ. cum Cn. Papirio Carbone anno V.C. 672.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

MARCII FIGULI.

Q. Marcius.

C. Marcius.

C. MARCIUS FIGULUS prætor bello Maced. anno V. C. 584, conſ. cum P. Corn. Scipione Naſica anno 592 vitio factus cum collegâ abdicavit. conſ. II cum L. Cornel. Lentulo an. 598. Bellũ contra Dalmatas variâ fortunâ geſsit.

C. MARCIUS FIGULUS juriſconſultus vir manſuetiſs. in petitione conſulatus repulſam paſſus: de quo Val. Max. l. 9. cap. 3.

C. MARCIUS FIGULUS conſ. cum L. Iulio Cæſare anno V. C. 690, proximè ante M. Tul. Ciceronem.

STATILII.

T. Statilius.

T. STATILIUS TAURUS Conſ. cum M. Vipſanio Agrippa anno V. C. 717 L. Caninio abdicanti ſurrogatus, II conſ. cum C. Octaviano Aug. VIII anno 728.

Q. STATILIUS trib. pl. anno V. C. 728 Auguſto imp. IIII conſ. magiſtratum hũc gerere coactus. Dion. l. 52.

M. Statilius obſcurus.

T. STATILIUS SISENNA TAURUS cõſ. cum M. Aimilio Lepido anno V. C. 764. iterum conſ. cum L. Scribonio Libone an. 769. domus Ciceronis poſſeſſor poſt Cenſorium.

Statilia ſub Claudio imp. annos ætatis habuit 99. Plin. l. 7. c. 48.

M. Statilius obſcurus.

T. STATILIUS TAURUS Cõſ. cũ C. Quinctilio Criſpino anno V. C. 797.

M. STATILIUS CORVINUS Cõſ. cum M. Vinucio Quartino II anno V. C. 798.

STATILIA MESSALINA nupta Attico Vectino, cujus amore ardens Nero imp. maritum Vectinum occidit, uxoremque habuit.

C. MEMMIVS prætor anno V.C. 577 Sardiniam provinciam habuit: iterum prætor anno 582 Siciliæ præfuit.

L. MEMMIVS orator cum fratre C. in accuſando frequens & acerbus: de quo Cic. in Bruto, & lib. 2 de Oratore.

C. MEMMIVS trib. pl. accuſator reorum æque acerbus ac frater L. de quo ſæpe etiam Cicero: legum Memm. lator, vir integer ab Appul. Saturnino & Glaucia nefariè trucidatus in foro anno V. C. 654.

N. Memmius.

Memmia nupta C. Scribonio Curioni.

L. MEMMIVS parum probæ vitæ cat. loqui eruditus, & facundus: ædilis, & prætor: trib. pl. anno V. C. 700, damnatus de ambitu in Græciam exulatum abiit anno V. C. 702. Patris in Achaia obiit: de quo paſſim Cic. Familiaris Lucretii poëtæ & ſtudiorum ſocii, ſectâ Epicureus.

FAVSTA Syllæ Dict. filia L. Memmio nupta.

C. MEMMIVS Ædilis, ut pleriq; exiſtimant, Cerealium primus autor, de quo præterea nihil extat.

M. MEMMIVS Quæſtor Cn. Pompeii bello Sertoriano an. V. C. 680.

POMPEIA filia C. Pompeii M. uxor Memmii.

SILII.

P. SILIVS proprætor Bithyniæ cum Cicero proconſ. Ciliciam rexit Cic. ad Att. 7 famil. 13.

N. Silius, quo Cicero uſus eſt, ut voluit. Ad Att. 12.

P. Silius, de quo nihil.

P. SILIVS Nerva conſ. cum M. Apuleio anno V. C. 734. Legatus C. Cæſaris Oct. Auguſti præſes Hiſpaniæ.

Soſia ob amicitiam cum Agrippina inviſa Tiberio & pulſa in exilium.

C. SILIVS NERVA conſ. cum L. Munacio Planco anno V. C. 766, amicus Germanici Imp. ideoque Tiberio imp. inviſus: de repetundis & maieſtate poſtulatus ante judicium ſemet interfecit, Tac. l. 1 & 4.

P. SILIVS NERVA conſ. cum App. Iunio Silano anno V. C. 781.

C. SILIVS juventutis Romanæ opt. & fortiſsimus, conſ. deſignatus cum nefario amore expeteretur à Meſſalina Claudii imp. conjuge in exitium incurrit Tac. l. 11. Suet. Iuvenal. Satyra 10.

Iunia Silana nupta C. Silio, domo mariti eiecta à Meſſalina imp.

C. SILIVS ITALICVS Pelignus Poëta ter conſ. I cum M. Valerio Turpiliano anno V. C. 821, II cum T. Aurelio Fulvo anno 842, III cum L. Nonio Torquato anno 847 Proconſ. Aſiæ ſub Domitiano gloriam retulit.

L. Domitius Ænobarbus.

CN. DOMITIVS ÆNOBARBVS Cóſ. cum L. Quinctio Flaminio anno V.C. 562.

CN. DOMITIVS ÆNOB. conſ. cum P. Cornelio Lentulo an. V.C. 592, ſuffectus P. Scipioni Naſicæ Corculo.

CN. DOMITIVS ÆNOB. Pont. creatus anno 582 admodum adoleſcens, Conſ. cum C. Fannio Strabone anno V. C. 632. Cenſor cum L. Cæcilio Metello anno 638.

CN. DOMITIVS ÆNOB. Pont. Max. Conſ. cum C Caſſio Longino anno V. C. 658. Cenſor cum L. Licinio Craſſo anno 662.

L. DOMITIVS ÆNOB. prætor Siciliam obtinuit: Conſ. cum C. Cælio Caldo anno V. C. 660, cæſus à L. Damaſippo.

Portia ſoror M. Catonis Vticenſis, nupta L. Domitio. — L. DOMITIVS ÆNOB. Conſ. cum Appio Claudio anno V. C. 700, hoſtis C. Cæſaris in acie Pharſalica cæſus.

Cn. Domitius Ænobarb. adoleſcens proſcriptus à Pompejo, in Africa interemptus.

CN. DOMITIVS ÆNOBARB. in partib. Bruti & Caſsii: quib. everſis, junctus Antonio, conſ. cum C. Soſio anno V. C. 722, Auguſto reconciliatus obiit. — *Hoſtilia uxor Cn. Domitii.*

M. ANTONIVS III-VIR. — *Octavia ſoror C. Cæſaris Auguſti.*

L. DOMITIVS ÆNOB. Conſ. cum P. Corn. Scipione anno V.C. 738, in Germania bellum geſſit Albim fl. transgreſſus, ornatus triumphalib. inſignib. Obiit anno V.C. 777. — *Antonia minor filia M. Antonii III-viri, nupta L. Domitio.*

Antonia major nupta Druſo Tiberii imp. fratri. — CLAVDIVS DRVSVS *frater* TIBERII *imp. natus in ædib. Auguſti.*

Agrippina filia Germanici, nupta 1 Cn. Domitio, 2 Claudio imp. a filio Nerone occiſa. — CN. DOMITIVS ÆNOB. vir undequaque peſsimus, Conſ. cum A. Vitellio, & ab eius morte cum M. Camillo Scriboniano anno V.C. 78[illegible], obiit anno V. C. 793.

Domitia infamis libidine, à Claudio imp. necata, nupta Paſsieno Criſpo.

Lepida nupta 1 M. Valerio Barbato, 2 C. Ap. Iunio Silano, grandæva è medio ſublata.

GERMANICVS IMP. *princeps laudatiſsimus.*

CLAVDIVS IMP.

L. DOMITIVS NERO imp.

M. ANTONIVS ORATOR primus facem familiæ huic accendit, vir eloquentiſs. conſ. cum A. Poſtumio Albino anno V.C. 652: cenſor cum L. Valerio Flacco anno 657: occiſus à Marianis.

IVLIA *filia L. Iulij Cæſaris conſulis cum P. Rutilio anno V.C. 664, nupta M. Antonio.* — M. ANTONIVS CRETICVS prætor anno V.C. 682, rem frumentariam curavit: Cretenſib. bellum intulit infeliciſsimè: unde dolore animi concepto correptus morbo interiit anno V.C. 685.

Antonia à piratis capta dum rus iret, magno ære redempta.

C. ANTONIVS HYBRIDA à C. Cæſare adoleſcente accuſatus, quod Græcos ſpoliaſſet: ſenatu motus à cenſorib. anno V.C. 684: ædilis curul. dein Prætor anno 687: deniq; conſ. cum M. Cicerone anno 691.

M. ANTONIVS TRIVMVIR conſtituendæ reip. poſt cædem C. Cæſaris Dict. notiſſimus in Rom. hiſtoriâ. Cui ex trib. conjugib. Fulviâ, Octaviâ maiore, & Cleopatrâ reginâ Ægypti nati ſunt hi liberi ſubiecti.

L. ANTONIVS trib. pl. anno V.C. 709. cenſor cum P. Sulpitio Quirino an. 712, côſ. cum P. Servilio Vatia II anno 713 bellum contra C. Cæſarē Octavianum in Italia movit.

C. OCTAVIVS Prætor anno V.C. 710, miſſus in Macedoniam à M. Bruto interceptus, & honeſtè primùm habitus, demum ob ſollicitos exercitus, occiſo iam Cicerone, interemptus.

Antonia tertia conjux M. Antonii Triumviri, demiſſa ob violatam cum Dolabella pudicitiam.

Antonia nupta C. Caninio Gallo.

N. Antonius, quē Plutarchus Antyllū vocat, natus ex Fulvia, puer percuſſorib. C. Cæſaris obſes dat᷑ à Cæſare Octaviano, Alexandriæ in Ægypto occiſus.

IVLVS ANTONIVS ex eodem Fulvia natus, conſ. cum Q. Fabio Max. maritus Marcellæ à Vipſ. Agrippâ dimiſſæ: demum ob adulteratam Iuliam Cæſaris Aug. filiam ab eodem necatus.

ANTONIA maior nata ex Octaviâ, nupta Claudio Druſo Augusti Cæſ. privigno, Tiberii Imp. fratri, fœminâ optima.

ANTONIA minor ex eâdem Octavia, nupta L. Domitio Ahenobarbo conſ. cum P. Scipione anno V.C. 738.

Alexander SOL cognominatus, ex Cleopatrâ reginâ natus, ſpōſus Iotapes filiæ Artuaſdis regis Mediæ.

CLEOPATRA Luna, ex eâdem Cleopatrâ reginâ, nupta Iubæ juniori Mauritaniæ regi.

Ptolemæus ex eādē Cleopatra, cum fratre & ſorore in triumpho ductus à Cæſare Augusto.

L. Antonius Marcellâ editus, prætextu ſtudiorū Maſſiliam ab Auguſto relegatus & ibidē mortu᷑ an. V.C. 777, ultimus Antoniorum.

CAESAR GERMANICVS princeps laudatiſſimus & eruditiſſimus.

CLAVDIVS imp.

CN. DOMITIVS conſ. cum A. Vitellio anno V.C. 785, maritus Agrippinæ, profligatiſſimæ vitæ.

PTOLEMAEVS patri Iubæ in regno ſucceſſit: à C. Caligulâ imp. tandem interemptus.

Drusilla nupta Felici præſidi Iudææ, fratri Pallantis orto è regib. Arcadiæ. — *FELIX præſes Iudææ, frater Pallantis, ortus ex regibus Arcadiæ, libertus CLAVDII imp.* — *DRVSILLA altera, filia regis Agrippæ primi, ſecunda conjux Felicis.*

C. CÆS. CALIGVLA IMP.

AGRIPPINA mater NERONIS.

C. DOMITIVS NERO imp.

Agrippa cum uxore periit in incendio Veſuvij montis.

CN. OCTAVIUS RUFUS Quæſtorius Velitris oriundus.

- **CN. OCTAVIUS** ædilis anno V. C. 541. Prætor an. 547 L. Veturio, Q. Cæcilio Coſſ. Sardiniæ præfuit & claſſi ſub imp. P. Scipione Africano, bello Punico II.
  - **CN. OCTAVIUS** Prætor anno V. C. 585, navalem triumphum duxit de Perſeo Maced. rege: conſ. cum T. Manlio Torq. anno 588: legatus ſenatus in Syriâ.
    - **CN. OCTAVIUS** Conſ. cum T. Annio Luſco anno V. C. 626, vir eloquens.
      - **CN. OCTAVIUS** conſ. cum L. Cornelio Cinnâ anno V. C. 667, eique in rep. adverſans, poſt à C. Mario reduce in conſulatu occiſus.
        - **CN. OCTAVIUS** conſ. cum C. Scribonio Curione anno V. C. 677, Ciceroni familiaris.
        - **L. OCTAVIUS** conſ. cum M. Aurelio Cotta anno V. C. 678. In Cilicia periit, anno 679.
    - **M. OCTAVIUS** tribunatu pl. dejectus à Tib. Graccho, cujus actionib. adverſabatur: legem Semproniam frumentariam ſuâ autoritate abrogavit.
      - **M. Octavius**, de quo nihil traditum memoriæ.
        - **M. Octavius** in bello civili Pompejanas partes ſecutus.
- **C. OCTAVIUS** equeſtri ordine contentus vixit ſine honorib.
  - **C. OCTAVIUS** trib. milit. in Sicilia ſub Imp. Æmilio Papo an. V. C. 527.
    - **C. Octavius**, municipalib. honorib. contentus, ad ſummam ſenectam pervenit.
      - **C. OCTAVIUS** ſenator & prætor primus in hac linea provinciam Maced. rexit ſummâ cum laude, morte repentinâ obiit Nolæ anno V. C. 694.
        - **OCTAVIA** major nata ex Ancharia priore Octavii conjuge; bis nupta, Marcello ſcil. & Antonio Triumviro.
        - (with Accia:) **C. OCTAVIUS** à C. Cæſare Dict. adoptatus, dictus **C. IULIUS CAESAR OCTAVIANUS AUGUSTUS.**
          - **IULIA** ter nupta, impudica, patriæ vomica.
        - **Octavia** minor, de cujus nuptiis & liberis nihil conſtat.

M. ACCIUS BALBUS Aricinus Prætor. — **IULIA** ſoror C. Cæſaris Dictatoris.

- **ACCIA** ſecunda uxor C. Octavii.

K

N. Iulius Iulus, qui vulgo creditur ab IVLO Aſcanio Æneę filio deſcendiſſe.

L. Iulius Iulus honorum curulium expers.

C. IVLIVS IVLVS conſ. cum Q. Pinario anno V. C. 265.

C. IVLIVS IVLVS conſ. cum Q. Fabio II anno V. C. 272, X-vir legum ſcribend. anno V. C. 303.

C. IVLIVS IVLVS conſ. cum M. Geganio anno V. C. 307, iterum conſ. cum L. Virginio anno 319, III conſ. cum eodem anno 320.

L. IVLIVS IVLVS trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 351.

L. IVLIVS IVLVS trib. milit. conſ. pot. an. V. C. 368, incertum an ſuperioris filius.

L. Iulius LIBO ſine curulib. honorib.

L. IVLIVS LIBO conſ. cum M. Atilio Regulo anno V. C. 487.

M. Iulius Iulus.

VOPISCVS IVLIVS IVLVS cõſ. cum L. Aimilio anno V. C. 281.

L. IVLIVS VOPISCI F. IVLVS trib. mil. cõſ. pot. anno V. C. 316: mag. eq. ſub A. Poſtumio Dict. anno 324: conſ. cum L. Papirio Craſſo II anno 325.

C. IVLIVS IVLVS trib. mil cõſ. pot. anno V. C. 348, iterum 352: cenſor cum L. Papirio anno 364.

M. Iulius Iulus obſcurus, incertum an ſuperioris filius.

N. Iulius Iulus honorum curulium expers.

L. IVLIVS IVLVS trib. mil. cõſ. pot. anno V. C. 355, iterum 358.

L. IVLIVS IVLVS incertum an ſuperioris filius: trib. mil. conſ. pot. anno V. C. 377.

C. IVLIVS IVLVS Dict. rei gerendæ cauſâ anno V. C. 404: de cujus patre quoque certi nihil habemus.

Cum his porrò quomodo cohæreant aut connectendi ſint Iulii Cæſares, qui ſequuntur, eſt incertum.

N. Iulius Cæſar ex Iulis Iulis ortus, quem puto primum Cæſaris nomen tuliſſe.

SEX. IVLIVS CAESAR prætor anno V.C. 545.

L. Iulius Cæſar, de quo nihil proditum.

